DOCTISSIMO ATQUE HUMANISSIMO VIRO

E. EGGER

IN FACULTATE LITTERARUM PARISIENSI PROFESSORI VICARIO

STUDIORUM MEORUM FAUTORI LIBERALISSIMO

GRATISSIMI ANIMI PIGNUS.

Themistius – … Libanius Julien.

DE

THEMISTIO

SOPHISTA

ET

APUD IMPERATORES ORATORE

APUD PARISIENSEM LITTERARUM FACULTATEM DISSEREBAT

E. BARET

OLIM SCHOLÆ NORMALIS ALUMNUS
IN LYCEO PICTAVIENSI PROFESSOR AGGREGATUS.

> Tu illuc veneras unus, qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento, et iisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiæ laude junxisses.
>
> (*De claris Orat.*, c. 96.)

PARISIIS,

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,
VIA JACOB, 56.

1853.

DE

THEMISTIO

SOPHISTA,

ET

APUD IMPERATORES ORATORE.

PARS PRIMA.

§ 1.

Themistius, vir tùm philosophiæ laude clarissimus, tùm vero eloquentiæ famâ adeo quondam celeber, ut Εὐφραδοῦς cognomen tulerit, quandò in lucem sit editus, judicio satis certo asseverare ausim, siquidem ipsum auctorem ea de re testem citare licet luculentissimum. Etenim in oratione, quam a. 347 ad Constantium habuit, ejusdem sese cum imperatore ætatis esse innuit (1). Itaque cùm Constantius natus sit Gallicano et Basso consulibus, Themistii quoque natales ad eumdem annum 317 æræ vulgaris probabiliter referas.

(1) Τοῦτο δή σοι παρὰ φιλοσοφίας ἡλικιώτιδος τὸ ἀνάθημα ἀληθινὸν, καὶ ἄδολον καὶ ἀκήρατον. P. 18, ed. Harduin., qua nos semper utimur.

De generis nobilitate opibusque paternis, quæ satis amplæ fuisse videntur, abundè docet Constantii ad senatum Constantinopolitanum epistola honorificentissimis illa Themistio verbis concepta. Ait enim imperator, quùm senatoris dignitate talem virum et philosophum auxerit, se haud inferiore honore senatum affecisse (1). Cæterùm, quod vetustatem generis attinet, verba imperatoris Noster confirmat oratione ad Jovianum, ubi inter majores suos memorat virum philosophum Diocletiano imp. acceptissimum : Οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς προγόνους ταύτης τῆς τέχνης προῆγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλον. Ἐῶ τοὺς ἄλλους· ἀλλ' ὅ γε πάλαι τὴν ἐπωνυμίαν λαβὼν ἐκ ταὐτοῦ σοι θεοῦ τὸν ἀρχηγέτην τῆς ἐμῆς οἰκίας (2).

Pater Themistii Eugenius, quamvis oriundus esset e Paphlagonia, nihil tamen ei adhæsit ex istâ, quâ notari Paphlagones solent, morum ruditate semi-barbara, ingeniique crassitie; neque etiam misello annumerandus est vulgo sophistarum, quos tùm per græcas civitates ubique pullulasse constat; immò verò et rhetoris eximii et gravissimi philosophi personam sustinuisse videtur. Meminit ejus ut viventis adhuc Constantius, in eâ quam modò citavi, epistola (3). Aliæ ad Eugenium litteræ exstant Juliani, quæ non modò cum Constantii verbis in laudem viri conspirant, sed singularem etiam Juliani benevolentiam produnt manifestò (4). Cujus si origines

(1) Pag. 22.
(2) Pag. 63.
(3) Pag. 23.
(4) Ἰουλιανὸς Εὐγενίῳ φιλοσόφῳ· Δαίδαλον μὲν Ἰκαρίῳ φασὶν ἐκ κηροῦ πτερὰ σύμπλάσαντα, τολμῆσαι τὴν φύσιν βιάσασθαι τῇ τέχνῃ. Εἰ δέ μοι θέμις ἦν, κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιὸν, εὐχῇ τὴν τῶν ὀρνίθων

et initia indagare studeas, proclivis est suspicio Juliani in Eugenium amorem inde ab eo tempore repetendum esse, quo Nicomediæ versaretur puer, Eusebii episcopi Mardoniique spadonis tutelæ commissus, vel cùm in Macello castello captivus unà cum Gallo fratre detineretur.

Prætereà, de Eugenio in veterum scriptis nihil mihi quantumvis curiosè circumspicienti sese obtulit, nisi ea quæ filius in oratione parentali memoriæ prodidit. Is igitur laudat primùm ingenii acumen quod, in interpretandis Aristotelis mysteriis pater ostenderit eximium : Ἧπου νῦν σε ἐκεῖνος, ὦ θεία κεφαλὴ, κυδαίνει τε ὑπὲρ τοὺς ἄλλους καὶ ἀγαπᾷ, καὶ οὐκ ἔχει ὅ, τι χρήσεται ὑπὸ χαρμονῆς, ἀποτιννύων τὰ χαριστήρια τῆς προφητείας ἣν προεφήτευσας Ἀριστοτέλους, καὶ τῆς σοφίας, ἣν ἐκεῖνος ἐξευρών τε καὶ ἐξασκήσας, ζόφῳ ἐκάλυψε, καὶ ἠμφίεσεν ἀσαφείᾳ· φροντίσας μήτε βασκῆναι τοῖς ἀγαθοῖς, μήτε ῥίψαι εἰς τοὺς τριόδους (1). Deindè verò prædicat mentis altitudinem, constantiam, pietatem, eruditionis copiam uberrimam : Ὅμηρον τὸν ποιητὴν εἰσεκάλει τε καὶ ἐξένιζεν, ὡς προπάτορα καὶ ἀρχέγονον τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος λόγων,... οὐδὲ τῆς σκηνῆς ἀπείχετο τῆς ἀρχαίας, οὐδὲ τοῦ θεάτρου, ὡς παντάπασιν βεβήλου, καὶ ἀλλοτρίων φιλοσοφίας. Ἀλλὰ θαμὰ μὲν Μένανδρος ὁ χρυσοῦς, θαμὰ δὲ Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς, Σαπφώ τε ἡ καλὴ καὶ Πίνδαρος ὁ γενναῖος συνεπήχουν τε καὶ συνωργίαζον (2). Docendi denique rationem egregiam, quâ discipulorum animos ad virtutem informaret, nec tàm callidos præstaret oratores, quàm

ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δήπου πρὸς Ὄλυμπον, οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ' εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὀρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην, ἵνα σε, τὸ μέλημα τοὐμὸν (ὥς φησιν ἡ Σαπφὼ) περιπτύξωμαι, κ. τ. λ.

(1) Pag. 235.

(2) Pag. 236.

viros efficeret bonos, et ad exsequenda munera optimè institutos : Ἐπὶ φιλοσοφίας ἔφασκεν οὐχὶ λόγων χρῆναι ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι, οὐδὲ ἐνθένδε ποθὲν τεκμαίρεσθαι ὅςτις πόῤῥω ἥκοι σοφίας, οἷον εἰ μετ' ἐπιστήμης διαιροῖτο τἀγαθὰ καὶ φάσκοι τὴν ἀρετὴν μέγιστον εἶναι τῶν λοιπῶν καὶ ὑπερφέρειν μακρῷ τὰ ἄλλα, τά τε τοῦ σώματος λεγόμενα καὶ ὅσων ἔξωθεν τύχη βασιλεύει, ἀλλ' εἰ φρονοίη τὸν τρόπον τοῦτον καὶ προαιροῖτο, καὶ τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν ἀεὶ ἐπίπροσθεν ἄγοι τῆς χρήματα ἢ δόξαν φερούσης. Ἄλλως τ' ἔχοντα τῇ μὲν γλώττῃ φιλοσοφήσειν, τῇ καρδίᾳ δ' οὐδαμῶς (1). Sed hæc obiter : plura enim de Eugenio infra disputaturus, rem ad ipsam funebrem orationem differo.

Vides igitur præclaro fortunæ beneficio contigisse Themistio ut patre uteretur et optimo et doctissimo, qui quùm prima filii studia inde à tenellâ ætate ad adolescentiam usque paternâ sollicitudine prosequeretur, jure tu Nostrum in Musarum quasi gremio enutritum dixeris, nec subit mirari splendidam illam doctrinæ copiam, quæ in omni ejus oratione et stylo intermicat.

Jam, ut illuc revertar, in Paphlagoniâ natum fuisse Themistium, ibique patrimonium habuisse, nihil dubium. Res enim abundè patet ex oratione II, in quâ, postquam opes suas, si cum imperatoriis conferantur, nullas esse dixit, adjicit vix guttulæ instar esse, non modo quæ possideret ipse, sed *quæ parens uterque, immò omnes omninò Paphlagones* in bonis haberent (2). Sin urbem quæras patriam, sive civitatem ubi rhetoris vel, si mavis, sophistæ munus Eugenius pater gesserit, hæsito, nec quid respondeam habeo, siquidem disertis testimoniis profli-

(1) Pag. 238.
(2) Pag. 28.

gari rem volueris; quòd si verò in abstrusis etiam tenuiora vestigia legenda esse concesseris, sic habeto.

Complures sunt Themistii orationes, quas juvenem, necdùm plenis ingenii viribus pollentem pronuntiasse, tùm res proposita, tùm pondus sententiarum, totum denique dicendi genus luculenter probet (1). Ex his autem unam liquet Nostrum dixisse in oppido quodam Paphlagoniæ. Verba ejus quæ ad nostram rem proximè faciunt exscribam : Εἰ τὰ σώματα, inquit, ἐνοσοῦμεν, καὶ ἐδεόμεθα τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ βοηθείας, ὁ δὲ ἐνταῦθα παρῆν ἐν τῷ νεῷ καὶ τῇ ἀκροπόλει, καὶ παρεῖχεν ἑαυτὸν τοῖς κάμνουσιν, ὥςπερ δήποτε καὶ λέγεται, πότερον ἦν ἀναγκαῖον εἰς Τρίκκην βαδίζειν καὶ διαπλεῖν εἰς Ἐπίδαυρον κατὰ τὸ παλαιὸν κλέος, ἢ δύο βήματα κινηθέντας ἀπηλλάχθαι τοῦ νοσήματος; τί δὲ εἰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ δεηθέντες ἐτύχομεν ὀλίγου πρότερον χρόνου, ἡνίκα ἐκ γειτόνων τὴν μαντικὴν ἐπεδείκνυτο; ἆρα ἂν ὑμῖν ἄτιμον ἐφάνη τὸ Παφλαγόνων ὄνομα πρὸς τὸ Δελφῶν παραϐάλλουσι, καὶ ἀνάξιον τῆς θεωρίας τῆς ὑμετέρας; χρῆν οὖν, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ Κασταλίαν σπεύδειν καὶ τὰ σεμνὰ ὀνόματα... αὐτὸν δὲ τὸν Ἀπόλλω καταλιμπάνειν, καὶ ἀγανακτεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι τὰ μέσα Παφλαγονίας τῶν μέσων τῆς Ἑλλάδος προὐτίμησε (2).

Animadverte, quæso, indicium loci. Mediâ in Paphlagoniâ situm dicit, et Æsculapii olim templo et oraculo inclaruisse. Quò hæc referenda? Præeunte Harduino, nullus ego dubito, quin innuatur *Abonu-tichos* (Ἀϐώνου-τεῖχος) oppidum, oræ illud maritimæ impositum, et hinc à Bithyniæ, illinc à Ponti finibus pari distans intervallo,

(1) XXIV, XXVII, XXX.
(2) Orat. XXVII, p. 333.

et quod Æsculapii templum et oraculum habuisse, tùm numorum fide comprobatur, tùm Luciani libello, qui *Alexander* inscribitur.

Etenim fusiùs et quo solet lepore Lucianus narrat Abonitichitarum oppidum, parvum quondam et humile, celeberrimum evasisse ætate Antonini et M. Aurelii, fraude Alexandri impostoris, qui, ope serpentis cicuris, quem impunè manibus tractavit, cuique *Glyconis* nomen indidit, novi sese Æsculapii vatem et ministrum ferebat, constituto etiam hâc in urbe oraculo, ad quod Paphlagones gentesque finitimæ ingente numero confluxêre, ipsis etiam Romanis fraude involutis (1).

Hæc de templo et oraculo. Hujus autem oppidi exstant *Aboniticheos* et *Jonopoleos* numi.

Aboni-ticheos nomine exstant cum capite Antonini et M. Aurelii.

Epigraphe : ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ.

Typus : *Serpens in spiras erectus capite humano, infra quem in nonnullis scriptum* ΓΛΥΚΩΝ, *ad hexametri fidem, quod Lucianus servavit :*

Εἰμὶ ΓΛΎΚΩΝ, τρίτον αἷμα Διὸς, φάος ἀνθρώποισι.

Compositum istud erat ab Alexandro in Glyconis serpentis sui gratiam, ut attonito populo fidem faceret. Persona capitis humani serpenti addita appositè ad testimonium Luciani, qui illud e pictis linteis confectum fuisse ab impostore narrat (2).

Jam, quùm Themistium in Abonuticho Paphlagoniæ urbe versatum quondam et orationem dixisse pro explo-

(1) Pag. 72, 80 sqq.

(2) Ex Eckhel. *Doctrinâ numorum*, II, p. 384, quem vide, si lubet, de numis *Jonopoleos* nomine, et de causâ mutati nominis.

rato poni possit, indoles verò orationis prodat juvenem prima artis edentem specimina : nescio an Abonitichos etiam patria Nostri fuerit. Quæ quidem conjectura, ut firmioribus argumentis destituta est, sic veri quâdam specie carere non videtur.

§ 2.

Eugenius autem postquam ingenii dotes in filio egregias intervidere cœperat, suæ ipse doctrinæ diffidens, juvenem detrectantem sanè et ægrè ferentem dimittendum statuit, non Athenas quidem (ut exspectaveris), nec Antiochiam, inclytas tunc scholarum laude civitates, sed in ultimi Ponti oppidulum, cetera sane quam obscurum, at quod eo tempore unius viri sapientia adeo nobilitaverat, ut sacrum esse delubrum Musarum græcarum putaretur : Ἐγὼ καὶ αὐτὸς ἐν πολὺ τοῦδε ἀφανεστέρῳ χωρίῳ τοὺς ῥητορικοὺς λόγους ἀνεδρεψάμην, οὐδὲ ἐν ἡμέρῳ καὶ Ἕλληνι, ἀλλ' ἐν τῇ ἐσχατιᾷ τοῦ Πόντου πλησίον Φάσιδος... Ἀλλ' ὅμως οὕτω βάρβαρον καὶ ἀνήμερον χωρίον ἀνδρὸς ἑνὸς σοφία καὶ ἀρετὴ ἑλληνικόν τε ἐποίησε καὶ ἀνάκτορον τῶν Μουσῶν (1).

Absolutis denique in Ponto studiis, Themistium rediisse Abonitichos, ibique patris jamjam senescentis in locum fuisse suffectum crediderim (2). At ea non erat egregii adolescentis natura, quæ obscuro in loco diù lateret, quum maximè nulla ferè esset Romanæ ditionis paulò clarior civitas, quin suo sumptu rhetores aleret et grammaticos. Tantopere studium bonarum artium apud omnes

(1) Orat. XXVII, p. 332.

(2) Orat. XXIV, p. 305 : Διὰ τί οὖν, οὐκ ἐπόθησα τὴν Μαιῶτιν λίμνην τὴν τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων; ὅτι δὴ σφόδρα ἀμαθεῖς αὐτὴν οἰκοῦσι καὶ βάρβαροι.

vigebat : quibus nisi imbutus esses, ad obeunda munera publica tibi præcludebatur aditus (1).

Inter Asianas autem amœnissimæ hujus oræ civitates, humaniorum litterarum laude Nicomedia principem ea tempestate locum obtinebat. Hùc sese contulit Themistius, vel sponte suâ memorque famæ et existimationis, quâ proavus ibi apud Diocletianum olim valuisset, vel morem secutus sophistarum, qui maximas quasque urbes obire solebant, ut industriam suam ac vim facundiæ exhibentes, in admirationem auditores abriperent, vel denique, ut equidem libenter putaverim, a Nicomediensibus arcessitus; namque omnes civitates, ut clarissimos sibi quæque addicerent magistros enixè contendebant (2).

Themistium vero Nicomediæ thronum sophisticum tenuisse oratio testatur elegantissima, quam Nicomediæ habitam fuisse certissimis ex indiciis colligitur (3). Immò verò, nisi egregiè fallor, ea ipsa esse videtur oratio, quâ suum apud Nicomedienses magisterium auspicatus est. Nimirùm Themistius in eâ suam docendi rationem ità adumbrat, ut novæ cujusdam disciplinæ quasi primitias delibandas auditoribus proponere videatur.

Postquam enim rhetorum orationes solam in voluptatem aurium concinnatas perstrinxerat : Εἰ μὲν δή τι, inquit, παρ' ἡμῶν τοιόνδε προςδοκῶντες συνεληλύθατε, ὥρα ὑμῖν ἀπιέναι μηδ' ἐνοχλεῖσθαι μάτην· εἰ δὲ δή ποτε καὶ Λυκοῦργον ἑστιάτορα ὑπομεῖναι δυνήσεσθε, τάχ' ἂν ὑμᾶς ὑποδεξαίμεθα οὐχ οὕτω μὲν πολυτελέσι ξενίοις, ὑγιεινοτέροις δὲ ἴσως, ἃ μὴ θαυμάσαι μόνον ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ὄνασθαί τι θαυμά-

(1) Cod. Theodos., lib. XIV, tit. 9, lex 1; ibid., tit. 1, lex 1.

(2) Videsis Eunap. in Ædesii vitâ.

(3) Pag. 305.

σαντας... οὐ γάρ ἐστι χαρίτων ἔρημος παντελῶς ἡ φιλοσοφίας αὐλὴ, οὐδὲ ἀποσκηνοῦσιν αἱ θεαὶ πόῤῥω που τῶν ἡμετέρων μουσείων, οὐδ' ἂν στήσαιμέν ποτε ὑμῖν χορὸν ἀμοιροῦντα σώφρονος ἡδονῆς, ἀλλὰ τὴν Ἀφροδίτην ἀεὶ συμπλέκειν ταῖς Μούσαις προθυμησόμεθα· ἀδελφαὶ γὰρ ἀλλήλων καὶ ἀσπάζονται τὴν κοινωνίαν (1). Suavissimâ hâc imagine Noster et eloquentiam suam nitide et ad vivum pinxit, simulque disciplinæ rationem delineavit.

Jam videamus de tempore quo Nicomediæ docuerit.

Libanius quidem, in epistola ad Themistium, quam Juliano imperante suspicor exaratam, testatur se per duodecim jam annos Nostrum habere familiarem (2). Præterea ejusdem Libanii de vita sua Oratione docemur illum Nicæâ Nicomediam venisse, ipsis à curialibus excitum, circa a. 346, atque ibi per annos quinque eloquentiæ ludum moderantem habitasse (3). Collato igitur duplici Libanii testimonio, legitimè inferre licet eo vel ipso anno 346, vel paullò anteà, Nicomediæ Themistium in Academiâ docuisse, et cum Libanio collegâ iniisse amicitiam (4). Ego quidem jam ante a. 346. hoc evenisse statuerim; nam ex longissima ipsius ad Themistium epistolâ, Julianum constat Themistii auditorem fuisse, quod nullibi commodiùs quàm Nicomediæ putes evenisse, ubi Julianus

(1) Orat. XXIV, p. 301.

(2) Διδάσκεις με περὶ τῶν σαυτοῦ τρόπων, ὡς οὐ δυνηθέντα μαθεῖν ἐν οὕτω πολλῷ χρόνῳ δώδεκα ἔτεσιν οἶμαι. Lib. Soph. epist. 703, ed. Wolf.

(3) P. 36, 38, edit. Reisk.

(4) Venit ad me *Themistius*, ex quo certior factus sum, tibi cum Eustolio nescio quid odii intercedere, id quod eo mihi fuit molestius, quòd utrique conjunctissimus sum, etc. Epist. Libanii. Lat. III, 41.

ad decimum quartum usque ætatis annum commoratus est (344-5) : Ὅτι δὲ οὐκ ἐγὼ μόνος τὴν τύχην ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς πρακτέοις κρατεῖν νενόμικα, λέγοιμ' ἂν ἤδη σοι τὰ τοῦ Πλάτωνος ἐκ τῶν θαυμασίων Νόμων, εἰδότι μὲν καὶ διδάξαντί με (1). Necdum a. 352 reliquerat Nicomediam Noster. Ibi enim, si Fabricio assentiare, iterùm cum Juliano, post absoluta Athenis studia celeberrimas Asiæ scholas obeunte, congressus est. Quæ congressio, quanti momenti fuerit, tùm Libanii testimonio intelligitur, tùm fusiùs docet Beugnot, vir egregius, quem tu, velim, adeas (2).

Redeunti Constantinopolim Constantio, re apud Singaram infecta (348), gratulaturus obviàm processit Themistius, Nicomediensium civitatis legatus. Imperatores enim alloquendi jure fruebatur publicos inter magistros quisque præcipuus (3). Ancyræ imperatori obviam factus, Singarenam pugnam pro victoriâ de more celebravit (4), haud tamen adeò serviliter, quin solemnibus laudibus de justitiâ et humanitate multas et præclaras sententias medica manu admisceret : Γελῶ δὲ ἔγωγε ἐννοῶν τινα τῶν παλαιῶν βασιλέων, ὅτι πάνυ περὶ πολλοῦ ποιησάμενος θείας τινὸς δυνάμεως καὶ φύσεως ὑπερ τέρας δόξαι μετέχειν, νεὼς μὲν αὐτῷ

(1) P. 257, ed. Spanh.

(2) *Destruct. du Pagan. en Occident*, I, p. 178.

(3) Vid. D. August., l. III, contra lib. Pet., qui Mediolani, in florentissimâ civitate, Bautoni consuli laudem calendis januariis, *pro suâ*, inquit, *tùm rhetoricâ professione*, recitavit.

(4) Hujus orationis ita meminit Libanius : ... λόγους δὲ τοὺς μὲν τούτῳ (τῷ Ἀλεξάνδρῳ) δείκνυ πηδῶντι περὶ λόγους · τὸν δὲ ἐμοὶ πέμπε τὸν ἐν Ἀγκύρᾳ πρῴην τὰ μικρὰ μεγάλα ποιήσαντα · μικρὰ γὰρ αὐτοῦ, δεῦρο τῇ τινων μνήμῃ κεκομισμένα, περὶ τὸν πάντα ἡμᾶς ἀνδριάντα ἐκμαίνει. Epist. 1322.

ὥςπερ θεῷ καὶ ἀγάλματα τοὺς ἀνθρώπους εἴσασθαι ξυνηνάγκασε, φιλεῖν δὲ ὥςπερ ὁ θεὸς τοὺς ἀνθρώπους οὐ πάνυ δή τι προείλετο. Καίτοι ἐκεῖνα μὲν ἄνθρωποι θεῷ ἀπονέμουσι, τοῦτο δὲ ἀνθρώποις θεός. Μιμεῖται δὲ ἐκεῖνον οὐχ ὁ τὰς τιμὰς αὐτοῦ διώκων, ἀλλ' ὁ τὴν ἀρετὴν, οὐδ' ὅςτις ἀξιοῦται ζηλωτὴς, ἀλλ', ὅςτις ὢν, μεταδίδωσι... — Οὗτος ὁ μέγας ὕμνος, τοῦτο γέρας ἀληθινὸν, τοῦτο πρέπον βασιλέως ἀνάθημα, οὐ χαλκῆν ἢ ἀργυρᾶν ἢ χρυσῆν, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν εἰκόνα θεοῦ κατεσκευάσθαι. Ἐθέλει μὲν οὖν τοῦτο καὶ ὁ φιλόσοφος, ἀλλὰ τῆς δυνάμεως ἀπολειπόμενος πάμπολυ χωλεύειν ἔοικε τὴν μορφήν. Ὅςτις δὲ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους καὶ δύναται τὰ ἀγαθὰ καὶ προαιρεῖται, οὗτος ἄγαλμα τοῦ θεοῦ ἀκέραιον καὶ ὁλόκληρον, καὶ ταὐτὸν ἐπὶ γῆς ὅπερ ἐκεῖνος ἐν οὐρανῷ, οἷον κλῆρόν τινα τῆς ὅλης ἀρχῆς ἐπιτροπεύων, καὶ ζηλοῦν ἐν τῷ μέρει πειρώμενος τὸν τοῦ ξύμπαντος ἡγεμόνα (1). Disertissimum oratorem! cujus sententias si benè perspexeris, sub adulatoriâ specie latentem sæpiùs admonitionem reperias.

Eminet vero in sequentibus egregia philosophi constantia, communi in servitute infractam vocem erigere sustinentis : Ὅςτις ἑαυτῷ τῆς βασιλείας τοὔνομα ἐμφαίνει σαφῶς, τοσούτους ὁρᾷ φίλους ὁπόσους ἀνθρώπους, ὃν οὐ δεδίασιν, ἀλλ' ὑπὲρ οὗ δεδίασιν οἱ ἀρχόμενοι, καὶ μόνος τὸ χρῆμα οὐ ψεύδεται τῆς βασιλείας· βουλομένων γὰρ οὐ φοβουμένων ἡγεῖται, βασιλεία δὲ ἑκούσιόν τι καὶ οὐ βίαιον... Οὔτε οὖν ὑψηλὸς ἐκεῖνος ὃς, ἂν μὴ καταβάλῃ τοὺς πλησίον, οὐχ ὑπερφαίνεται, οὔτε βασιλεὺς ἀληθῶς, ᾧ μηδεὶς ἐλεύθερος ὑπακούει. Τί γὰρ ἂν ὁ τοιοῦτος διενέγκαι πλουσίου φαύλου πολλὰ ἀνδράποδα κεκτημένου, σεμνυνομένου τε καὶ αὐχοῦντος ὅτι πάντων ἄμεινον πράττει τῶν οἰκετῶν; βασιλέως δὲ, οἶμαι, ἔργον ἀλη-

(1) Orat. I, p. 8.

θινοῦ, οὐ τό γε τοὺς ὀρθοὺς ταπεινοῦν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πεπτωκότας ἐγείρειν, ἵνα, καθ' ὅσον αὐτῷ δύναμις, εὐδαιμόνων εὐδαιμονέστερος ᾖ... — Οὐδὲν οὖν ὄφελος ὀρθὴν μὲν ἔχειν τιάραν, διεστραμμένον δὲ ἦθος, καὶ χρυσοῦν μὲν τὸ σκῆπτρον, μολύβδου δὲ ἀτιμοτέραν τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ μὲν σῶμα ἠμφιέσθαι λεπτοῖς τε καὶ ποικίλοις ὑφάσμασι, γυμνὴν δὲ ἀρετῆς ἐπιδείκνυσθαι τὴν διάνοιαν, κ. τ. λ. (1).

Non parvi fuisse momenti illum cum aulicis imperatoris congressum negabis, si, ut ego libenter credam, Saturnino tùm primùm Noster innotuerit, quem triginta post annis, omni fortunâ prosperè functum (2), in locum imperatoris Theodosii factum consulem, panegyricâ oratione laudavit (383). Vetera enim hujus viri erga se officia commemorans, ejus ait operâ palatii aditum sibi patefactum esse : Ἤδη ἐπὶ τούτοις προθυμουμένῳ προσάγειν τὴν χεῖρα τῷ γραμματίῳ, ἐπάγει βασιλεὺς ἑτέραν γλυκεῖαν ἀνάγκην, τὸν στρατηγὸν ἀνειπὼν εἰς τὴν ἐπώνυμον τοῦ ἔτους ἀρχήν· ᾧ πάλαι μὲν ὑπόχρεως ἦν, καιρὸν δὲ ἐζήτουν ἐπιτήδειον τῆς ἐκτίσεως, οὐ κατὰ μόνον τὸ κοινὸν ὄφλημα τῶν λόγων, ὃ τοῖς ὅπλοις ὀφλισκάνουσι δικαίως προβεβηκόσιν αὐτῶν καὶ προασπίζουσιν, ἀλλ' ἦν ἄρα καὶ τἀμὰ ἴδια πλείω, καὶ πλεῖν ἢ τριάκοντα ὅλων ἐνιαυτῶν χρεῶς ηὐξημένον. Ἄρτι τε γὰρ ἀρχόμενον παριέναι εἰς τὰ βασίλεια ἐξενάγει, καὶ γνώριμον ἤδη γεγενημένον συνεπηνώρθου, καὶ τὰ τελευταῖα ταῦτα ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης

(1) Orat. I, p. 10.

(2) Is bello gothico Valentis tempore equestris exercitûs præfecturam ad tempus gessit : in ipso prœlio quo Valens cecidit, periculo semet exemit, cum Richomere. Amm., lib. XXXI. Donatus erat jàm ante consulatum magisterio militum, et comitatu Orientis.

ἀρχῆς οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν ἐκλέλοιπε καὶ τοῖς πολλοῖς ἐντιμότερον καταστῆσαι (1).

§ 3.

Nec veri mihi videtur dissimile Themistium, suasore et auctore Saturnino, quippe cujus gratiâ polleret, Nicomediâ migrasse Constantinopolim, quod, ut non ante annum 352 fieri potuit, ita non ultra a. 355 relegare non licet, quippè quo tempore jam Constantinopoli Nostrum docuisse, et ex uxore pueros sustulisse, Constantii epistola plane arguit : Οὐ γὰρ ἐνδεῶς οἴκοι πράττων, εἰς τὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως κατεπέφευγεν, ἀλλὰ καὶ ἀμελῶν τοῦ πλουτεῖν ὅμως ὑπὸ πενίας οὐ θλίβεται. Ἐφρόντισε δὲ παρ' ἡμῖν καὶ γάμου καὶ παιδοποιΐας τὴν διαδοχὴν σωζούσης τοῦ γένους (2).

Uxorem duxit è Phrygiâ oriundam, si modo rectè intellexerim verba Libanii, hoc loco, ut aliàs passim, paullò obscuriora : Ἀλλ' εἴη ταύτην γέ σοι τὴν γαστέρα κληρονόμους τεκεῖν, καὶ μὴ μόνον τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τῆς σοφίας, ἣν δὴ λειμῶνος ποικιλωτέραν δεικνύων πάλαι κρατεῖς. Εἰ μὲν καὶ τοὺς ταὐτό σοι καλουμένους οὐκ οἶδα· οἱ ῥήτορες δὲ ἡττήμεθα. Τέως μὲν οὖν τῇ Φρυγίᾳ συνέχαιρον, ἣ καί σε καὶ τοὺς γάμους ἐδέξατο. Νῦν δὲ τῇ μεγάλῃ πόλει, σέ τε ἀπολαβούσῃ καὶ προςλαβούσῃ τὴν νύμφην· μακαρίζω δὲ καὶ τὸν οὐκ ἀπόντος σου τὴν μεγάλην ὀψόμενον πόλιν, ὅτι αὐτὴν ὄντως ὄψεται μεγάλην.... — Epist. 244 (3). Socer profitendâ philosophiâ

(1) Orat. XVI, p. 200.

(2) Pàg. 21.

(3) Hæc scribendi occasionem scholiastes *Berolin.* ita edisserit : Ζητοῦντος τὸν Θεμίστιον τοῦ Λιβανίου τόκους καινοὺς, οὓς ἔτικτεν ἐν

clarus : Τούτων δὲ οὐκ οἶδα ὅπως ἔγωγε ἀπεστέρημαι· καὶ ταῦτα, δύο πατέρων τυχὼν κορυφαίων, ὧν ὁ μὲν ἐγέννησεν, ὁ δὲ ἐξείλετο κηδεστήν (1).

Quùm primùm vero rumor increbuisset Constantinopoli sedem Themistium posuisse, hùc undique confluere magna vis juvenum, qui viri doctrinam longè latèque divulgatam haurirent : Τίς ἡ ἐπῳδὴ καὶ ἡ μαγγανεία, δι' ἣν πολλοὶ ἀπολιπόντες καὶ τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα καὶ τὴν πρόςοικον Ἰωνίαν, ἐν αἷς ἀμφοτέραις διδασκαλεῖα μέγιστα φιλοσοφίας, ἔπειτα εἰς τὴν πόλιν ὑμῖν συμφοιτῶσι; ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, ὦ ἄνδρες... κ. τ. λ. (2). Pergrata autem Constantio illa celebritas, condecorandæ sedis imperii studiosissimo. Hæc propter ceteraque Nostri merita, quæ supra laudata epistolà diligenter percenset, nec, opinor, orationis immemor Ancyræ recitatæ, Themistium imperator Constantinopolitani senatoris dignitate auxit.

Tanto excitatus præmio, summopere Noster eniti, ut dignas imperatori gratias rependeret. Itaque de amplificandâ Novâ Româ consiliis ejus inserviens, optimum quemque magistrum investigare, civitatibus quasi eripere, Constantinopolitano Museo vel invitum adscribere : Ἰδού σοι τὸ πάλαι ῥαπτόμενον ἐπὶ τέλος ἥκει· τὴν Ἁρποκρατίωνος ἡμῖν ἀφελόμενος γλῶσσαν ἔδωκας τοῖς οὐδὲν δεο-

Κωνσταντινοπόλει, ἐδήλωσεν ἐκεῖνος περὶ τοῦ γάμου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ· ὡς οὐκ ἔστι νῦν ἐμοὶ καιρὸς τοῦ τίκτειν λόγους ἀλλὰ παῖδας τῆς γυναικὸς, ἣν ἀρτίως γήμας ἐλπίζω καὶ πατὴρ ἔσεσθαι παίδων· ταῦτα γὰρ ἐπαγγέλλεταί μοι τῆς γυναικὸς γαστὴρ ἐπειγομένη τεκεῖν, πρὸς ὃ καὶ συνεύχου ἡμῖν. — Nescio, utrùm hæc particula sint epistolæ Themistii ad Libanium, an scholiastæ ingenio debeantur. Wolf.

(1) Orat. XXI, p. 244.

(2) Orat. XXIII, p. 294.

μένοις, καὶ δεσμὸν χαλεπώτερον εἰς λύσιν τοῦ Γορδίου λέλυκας, μᾶλλον δὲ ἔτεμες κατ' ἐκεῖνον τὸν οὐ δυνηθέντα λῦσαι. Εἰ μέν γε πείσας εἶχες, εἶπον ἄν σε λελυκέναι, νῦν δὲ, ἐβιάσω γὰρ, φημί σε τεμεῖν. Καὶ μειδιᾷς δὴ μέγα φρονῶν ἐπὶ μεγάλῃ τῇ δυνάμει, καὶ πᾶν ὅ,τι ἂν θέλοις, ἕλκεις... Τὴν μὲν οὖν σεαυτοῦ φιλῶν φήσεις οὐκ ἀδικεῖν. Σῶμα δὲ Αἰγύπτιον παραδιδοὺς Θρᾳκίοις πνεύμασιν, ὅρα τί δράσεις.... Epist. 371. Cf. Epist. 60, ubi gratias agit idem Libanius quòd manere Antiochiæ sibi licuerit.

Ipse denique, Mediolani degente adhuc Constantio, coram senatu et populo orationem II recitavit, quæ delati sibi muneris solemnem gratiarum actionem continet. Quanta fuerit in ornando et expoliendo panegyrico Themistii dexteritas, id quidem vix alia oratio docebit meliùs; at versatur in argumento frigido et parùm probabili, nempè : « quùm Constantius verè sit philosophus, illas philosophiæ laudes, quas in epistola prædicaverit, ad ipsum jure, non ad Themistium pertinere. » His igitur non est cur immoremur. Verùm, quanta tunc temporis esset hominis gratia et existimatio, ex amantissimâ Libanii epistolâ ostendere à re non alienum fuerit : Συνήσθην φιλοσοφίᾳ τε καὶ τῷ βασιλεῖ. Τῷ μὲν, ὅτι τὸ κάλλιστον, ὧν ἔδοσαν ἀνθρώπῳ θεοὶ, τιμᾷν ἐπίσταται. Τῇ δ', ὅτι καὶ παρὰ τοῖς ἐν ἐξουσίαις θαυμάζεται. Σοὶ δ' ἂν ἔχοι χάριν αὐτή τε καὶ ἐκεῖνος· σὺ γὰρ ἀμφοῖν αἴτιος τούτων τυχεῖν. Ἐγὼ δὲ καὶ πρὶν ἐπιστεῖλαις πρὸς ἐμὲ, ταῦτα ᾔδειν ἐκ τῶν πρὸς τὸν ἄριστον ἡκόντων Στρατήγιον (1) γραμμάτων. Ἔδωκε γὰρ ἅ τε σὺ πρὸς αὐτὸν καὶ ἃ περὶ σοῦ πρὸς τὴν βουλὴν ὁ πάντα ἀγαθὸς ἔγραψε βασιλεύς; ἃ δὴ, δι' ἑρμηνέως, ὅ, τι εἴη, μαθόντες

(1) Tùm Orienti præfectum.

ὑπερεχαίρομεν· ἐγένετο δὲ καὶ τούτων τῶν γραμμάτων πρεσβυτέρα φήμη, καὶ οὐκ ἠπιστήθη, ταχὺ δὲ προςετέθη καὶ τὰ γράμματα. Κάλλιστον δὲ τῶν πεπραγμένων τὸ δι' ὧν μὲν ἦν μετασχεῖν τῆς βουλῆς μὴ ἀτιμάσαι· τὰ δὲ τὸ κέρδος φέροντα ἐμμελῶς διώσασθαι. Τοῦτο γὰρ ἦν αὐτόν τε τιμῆσαι, καὶ τὸ δικαίως ὑπ' ἐκείνου τετιμῆσθαι δεῖξαι... Epist. 1241.

§ 4.

Devicto Magnentio, triumphaturus Constantius Romam se contulit, ibique duos menses integros degit, pulchritudine captus urbis, quam totam cupidus peragravit, ingentem numerum templorum, ædificiorumque omnis generis splendorem admirans. « Quùm Urbi propinquaret, senatûs officia, reverendasque patriciæ stirpis effigies ore sereno contemplans, non, ut Cineas ille Pyrrhi legatus, in unum coactam, multitudinem regum, sed asylum mundi totius adesse existimabat. Proinde Romam ingressus, imperii virtutumque omnium larem, cùm venisset ad Rostra, perspectissimum priscæ potentiæ forum, obstupuit; per omne latus, quò se oculi contulissent, miraculorum densitate præstrictus. Jovis Tarpeii delubra: lavacra in modum provinciarum exstructa; amphitheatri molem solidatam lapidis Tiburtini compage; et Urbis templum, forumque Pacis, et Pompeii theatrum, et Odeum, et Stadium, aliaque inter hæc decora urbis æternæ » (1).

Interea Constantinopolitani Patres, victoriæ imperatori gratulationem properantes, perhonorificæ legationis du-

(1) Amm. Marc. XVI, c. 10.

cem Themistium eligunt; is verò ob corporis valetudinem et hyemis asperitatem itinere interclusus, orationem quam Romæ recitaturus erat, ad imperatorem misit legendam.

Hanc mihi semel atque iterùm perlegenti in animum recurrebant verba auctoris de Causis corruptæ eloquentiæ, meliusque intelligebam, quod diserte Longinus exponit (1), quantùm ad magnam eloquentiam et res et tempora conferant. Jam enim nactus Noster parem ingenio argumenti dignitatem, ingenitas alas explicat, insitumque a natura robur expromit. Videas modò quanta sermonis amplitudine et eximio verborum delectu figurarumque splendore Novam ille Romam introducat, unico orbis moderatori, et pænè in terris Jovi, triumphi pompam, spectante Roma vetere, gratulantem : Ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἀναδεῖ τὸν βασιλεύοντα τῶν ἀνθρώπων ἡ τὰ δεύτερα δι' ὑμᾶς βασιλεύουσα, καὶ ταύτην ἄρα τὴν πόλιν ποιεῖται μάρτυρα τῆς τιμῆς, ἣ μόνη σεμνοτέρα τῆς τιμώσης ἐστίν· ὥςπερ ἡ Θέτις ἡ παρ' Ὁμήρῳ ἀποδημοῦντος μὲν εἰς Ὠκεανὸν τοῦ Διὸς πρεσβεύειν περὶ τοῦ παιδὸς οὐκ οἴεται δεῖν· ἐπανήκοντος δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν, μᾶλλον δὲ εἰς τὸ ἄκρον τοῦ οὐρανοῦ, δεῖται καὶ ἐπηκόου τυγχάνει, οὕτω καὶ τὸν Δία ἑαυτῆς ἡ καλλίπολις τὰ μὲν πρὸς Ὠκεανὸν φραγνύμενον καὶ προορῶντα διοχλεῖν οὐ προαιρεῖται, ἡνίκα δὲ εἰς τὸν Ὄλυμπον ἐπανήκει καὶ κάθηται ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς, λιπαρεῖ καὶ θεραπεύει καὶ πειρᾶται συμμετέχειν τῆς ἑορτῆς, ἣν ἑορτάζουσι δι' ἀλλήλων ὅ τε οὐρανὸς καὶ ὁ θεὸς, ὁ μὲν ἐλλαμπόμενος, ὁ δὲ ἐναυγάζων, καὶ γίνεται ἡμῖν διὰ τὴν πόλιν ὁλόκληρος ἡ πανήγυρις· κοινωνεῖ γὰρ καὶ συμπάρεστιν εὐθυμουμένοις ἡ κοινωνοῦσα

(1) Περὶ Ὕψους, sub f.

καὶ τῆς τύχης καὶ τοῦ ὀνόματος, καὶ χορὸς ἵσταται τοῦ διὰ τριῶν τελείων ὁ τελειότατος· συνᾴδουσι μὲν αἱ βασιλίδες, ἐξάρχει δὲ ὁ κορυφαῖος, ἐπευφημεῖ δὲ ἅπασα γῆ τε καὶ θάλασσα· ὁ δὲ ὕμνος ἐμπίπλησιν ἁρμονίας ἅπαντα μὲν φῦλα ἑῷα, ἅπαντα δὲ ἑσπέρια γένη, αἱ νῖκαι δὲ ἡλίῳ συνανασχοῦσαι καὶ συνδραμοῦσαι λαμπρῶς ἄχρι τῆς ἑσπέρας συγκαταίρουσι τῷ βασιλεῖ εἰς τὴν μητρόπολιν τῶν τροπαίων (1).

Pænè sonat vetus illa eloquentia, oblatâque dignâ materie, oratorem habes, non jam verborum aucupem.

Sub finem suavissimus orator causam Constantinopolis agit, quam, per elegantissimam allegoriam, cum infante comparat, cunarum fascias vixdùm exuente : Πλέον ἡ σὴ πόλις τῆς πατρῴας διενήνοχεν ἡ τῆς ἀρχαίας ἐκείνη, καὶ μεταβέβηκεν εἰς ἀληθινὸν καὶ βέβαιον κάλλος ἀντὶ ψευδοῦς καὶ ἐξιτήλου.... ἄρτι γὰρ αὐτὴν ἐκ τῶν ὠδίνων ἐς φῶς προελθοῦσαν καὶ καταλειφθεῖσαν ἔρημον τοῦ γεννήτορος καὶ δεομένην σπαργάνων, οἷον ἀδελφὴν ἁπαλὴν καὶ νεαρὰν, χρηστὸς ἀδελφὸς καὶ πρεσβύτερος καταλαβὼν, εὐθὺς μὲν θεραπείας ἠξίωσας τῆς προσηκούσης, εὐθὺς δὲ προὐνοήσω γάλακτος καὶ τροφῆς, διόλου δὲ ἐπιδείξας καλὴν καὶ μεγάλην, οἵας ἂν καὶ θεὸς καὶ βασιλεὺς ἐρασθείη (2).

Talem virum fac in liberâ Atheniensium republicâ vixisse; ille nullum non attigisset præstantiæ honorisque fastigium.

Eximium eloquentissimi legati munus imperator æreæ statuæ dono compensavit (3). Equidem (pace dicam Con-

(1) Orat. III, p. 41.

(2) Orat. III, p. 47.

(3) In hoc genere honoris apud antiquas civitates usitatissimo vicit omnem exspectationem quod sophistæ Proæresio contigit. Nam cùm eum imperator Romam ire voluisset, ita senatum popu-

stantii) majoris facio admirationem Libanii, qui munus imperatorium amico gratulatus, ejus eloquentiam mirificis laudibus extollit, ut Demostheni Themistium adæquare non dubitet : Λόγον δέ σου λαβὼν, ὃς, ὅσα τῇ πρεσβείᾳ τὴν πόλιν ὤνησας, ἔδειξεν, εἶτα, γνοὺς, ὡς μεταπέμποιο σοφιστὰς, μαθητὰς, ἔφην, ὁ καλὸς ζητεῖ Θεμίστιος. Τίς γὰρ ἔτι ῥήτωρ σου τοιαῦτα δημιουργοῦντος; οὐχ οὕτως ὁ Τηλέμαχος ἐῴκει τῷ πατρὶ τὴν μορφὴν, ὡς σὺ τῷ Δημοσθένει τοὺς λόγους· οὓς πάλαι κεκτημένος ὀψέ ποτε ἐξήνεγκας. Τῇ τε οὖν ἄλλῃ δεῖ τὴν πρεσβείαν ἐπαινεῖν, καὶ ὅτι τούτοις ἔδωκεν ἀφορμὴν εἰς μέσον ἐλθεῖν. Ποιεῖ δὴ πολλὰ τὰ καλὰ, καὶ πέμπε τοὺς λόγους, μὴ τοῖς ἄρχουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἄρχειν μὲν οὐκ ἔστιν, ὦτα δὲ ἴσως. —Epist. 371. Cf. 64.

Sub Constantio imperatore, quemadmodum ætate, ita eloquentiâ, opibus, dignitate Themistius floruit. Anno enim 361, paucos ante obitum Constantii menses, præturæ insignibus donatus est, quæ inter alia onera circensium ac scenicorum ludorum spectacula debebat; Noster verò ità præturæ honorem adeptus est, ut ab omni onere esset immunis (1). Παρεδρίας quoque, sive in consistorio sedendi jure fruebatur, necnon ad imperatoriam mensam sæpe vocabatur. Censui præpositus, viros eligebat, qui in Urbis regiæ senatum cooptarentur. Quæ quidem omnia passim tangit in epistolis ad Themistium scriptis Libanius, qui amicum suum pænè alterum in terris Jovem facit : Ἧκέ τις ἀγγέλλων ὡς ἀποῤῥίψειάς τι ῥῆμα

lumque delinivit dictionis suavitate et lenocinio, ut de illo eximiè ornando cogitarent. Statuam igitur pari magnitudine celeberrimo in loco ponendam curant, cum magnificentissimo hoc elogio : *Regina rerum Roma regi eloquentiæ*. Eunapius.

(1) Cod. Theod. tit. de præt. ac quæst., lib. VI.

περὶ ἐμοῦ φαυλότερον. Ἐγὼ δὲ ἠπίστησα. Καὶ πάλιν ἕτερος τὸν αὐτὸν ἐκόμιζε λόγον, ἐγὼ δὲ ἦν ὁ αὐτός. Τρίτος καὶ διὰ μάχης ἔφασκεν ἐλθεῖν σοι, βοηθεῖν ἐμοὶ βουλόμενος. Τοῦτον ἤδη καὶ μελαγχολᾷν ἡγούμην, καὶ τῷ περὶ τῆς μάχης κόμπῳ τὸν περὶ βλασφημίας ἀναιρεῖν λόγον. Τίς γὰρ οὕτω θρασὺς, ὡς ἀντιβλέπειν τῷ Διΐ; — Epist. 60. Cf. 64.

Tanta vero in rerum prosperitate, temperatam sapientiâ mentem servavit, neque inanes concepit fastus, ipsâ fortunâ melìor, re non verbo aut pallio tenùs philosophus. Liberalem enim indolem, pronum ad exsequenda amicitiæ munera animum, verbis haud ambiguis prædicat sæpè laudatus Libanius : Σύρος μὲν ὁ ἄριστος Ἰουλιανὸς, χαίρων δὲ παρ' ἡμῶν ὡς ὑμᾶς ἠπείγετο. Θαυμάζοντος δὲ ἐμοῦ τὸ μετ' εὐθυμίας οἴκοθεν ἄλλοσε τρέχειν, μὴ θαύμαζε, ἔφη· τοῦ καινοῦ γὰρ τούτου Θεμίστιος αἴτιος, ἕλκων καὶ γοητεύων, καὶ μεγάλα παρατιθεὶς ἔνια καὶ μουσικά. Ταῦτα ἀκούων ἠγάσθην, καί μοι ἔδοξεν ὀρθῶς ἔχειν. Ὁ μὲν γὰρ χρησμὸς ἀνδρὶ Πελασγῷ πᾶσαν ἔφησε γῆν εἶναι πατρίδα. Ἐγὼ δὲ, εἴ μοι προςθεῖναι θέμις, πᾶσαν γῆν, ἐν ᾗ Θεμίστιος, παντὶ φιλολόγῳ φαίην ἂν εἶναι πατρίδα. — Epist. 1111. Cf. 60.

§ 5.

Non veri est absimile Themistium, ex quo Julianum in Nicomediâ urbe auditorem habuerit, cum regio adolescente per commercium litterarum eamdem amicitiam aluisse, quæ Basilium inter Libaniumque adeò fertur viguisse, ut ne illi quidem offecerit in eligendis sacris dissidium. Hanc ego sententiam colligo, primùm ex ipsius Themistii de Juliano verbis : Αἰδοῖος μὲν ἐμοὶ ὁ αὐτοκράτωρ καὶ πάσης ἄξιος μνήμης εὐφήμου. Orat

p. 458, edit. Dindorf. — Cf. orat. IV, p. 58. Hard.; deindè ex illâ Juliani ad Themistium epistolâ, ubi inter summæ observantiæ et amoris indicia plures litteras ille memorat : Ὑπὲρ δὲ ὧν ἀπορῆσαί μοι πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν σὴν παρέστη, ὦ φίλη κεφαλὴ καὶ πάσης ἔμοιγε τιμῆς ἀξία, βούλομαι δηλῶσαι. Σαφέστερον γάρ πως ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιθυμῶ μαθεῖν. Pag. 263. — Cf. p. 266, 260.

Intereà Constantius, spe prolis amissâ, in spem imperii Julianum Cæsarem creavit. Tùm verò constat labantem consilio juvenem, et subitæ rerum conversioni vix satis confidentem, quùm suorum carnificis donum esse cum animo reputaret, iteratas per epistolas cohortatum esse Themistium, ne quam de se apud omnes exspectationem movisset, illam per inertiam falleret, ratamque faceret Platonis sententiam : felices fore populos quandò philosophia in unum cum principatu coiret. Periit quidem epistola Themistii; sed ex Juliani quæ superest integrâ responsione, quam splendidam imperatorii muneris imaginem vir eximius adumbraverit, intelligere licet : Ἐγώ σοι βεβαιῶσαι μὲν, ὥςπερ οὖν γράφεις, τὰς ἐλπίδας, καὶ σφόδρα εὔχομαι· δέδοικα δὲ μὴ ἁμάρτω· μείζονος οὔσης τῆς ὑποσχέσεως, ἣν ὑπὲρ ἐμοῦ πρός τε τοὺς ἄλλους ἅπαντας, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς ἑαυτὸν ποιῇ... ἐν ταύτῃ παρὰ τοῦ θεοῦ τετάχθαι με τῇ μερίδι λέγων, ἐν ᾗ πρότερον Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἐγενέσθην, φιλοσοφοῦντες ὁμοῦ καὶ βασιλεύοντες, καὶ πᾶσαν σχεδὸν τῆς ἐπιπολαζούσης κακίας ἀνακαθαιρόμενοι γῆν τε καὶ θάλασσαν... κ. τ. λ. (1).

Multùm sanè abest ut rerum à Themistio gestarum ratio omnis plana et aperta sit; nulla verò vitæ ejus pars majore premitur obscuritate pleniorque est aleæ pericu-

(1) Julian. imperat. ad Them. ep., p. 253. — In vicem amissæ Them. epistolæ, videsis Orat. II, p. 40.

losæ, quàm quæ Juliani imperio definitur. Nam veterum et recentiorum scriptorum omni destituimur auxilio. Ipse autem Themistius, si fortè in Julianum incidat, nonnisi cautissimè et brevissimè, per ænigmata et ambages, agere videtur; tanquam meminisse ejus et invisam materiem tractare defugiat. Inter utrumque tamen gravissimum dissidium exstitisse ex diversis Orationum locis satis probabiliter colligi potest : Αἰδοῖος μὲν ἐμοὶ ἐκεῖνος ὁ αὐτοκράτωρ καὶ πάσης ἄξιος μνήμης εὐφήμου... πολλὰ δὲ οἱ καιροὶ τῶν ἀνθρωπίνων ποιοῦσιν ἑτέρως ἢ ὡς πέπρακται νομισθῆναι. — XXXIV, p. 458. — Ἀρκεῖ μοι Κωνστάντιος, ὁ κόσμον τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὴν ἐμὴν φιλοσοφίαν εἰπὼν πολλάκις, ἀρκεῖ βιασθεὶς Ἰουλιανὸς τῆς οἰκουμένης καλέσαι πρεσβευτὴν ἄξιον, οὐ μόνον τῆς καλλιπόλεως, καὶ τὰ πρῶτα φέρεσθαι φιλοσοφίας ἐν γράμμασιν ὁμολογήσας. — XXXI, p. 354. Cf. VII, p. 99.

Quod dissidium, unde ortum sit, statim intelliges, famosum illud recordatus consilium, quo labantes deorum aras confirmare, veterumque religiones per universum imperium restituere, Julianus est aggressus. Etsi enim Noster gentilis erat, multò minùs tamen a Christianorum ratione alienus fuerit, quàm à pessimo isto et detestando superstitionum genere, quod, ortum à Jamblicho, recentiorum Platonicorum cœtus incredibili studio propagare nitebatur (1). Doctrinam istam tunc recens conditam et repudiasse Noster et fautores ejus, tanquam nothos

(1) Quî verò factum, ut apud Eunapium Sardianum, qui ex professo philosophorum sui temporis vitas luculentâ adscriptione exornavit, apud Amm. Marcell. de nostro Themistio nullum protinùs et penitùs vestigium exstet?... Quâ vero id ratione evenerit, non video. Odium erga religionem fuisse autumo, quo nullum gravius aut atrocius esse res clamat. Quippe christianismum raptatâ etiam occasione insectatus est Sardianus. G. R

Platonis interpretes, acriter insectatus esse videtur. Istorum verò orgiis Eunapius auctor est initiatum fuisse à Maximo philosopho Julianum, totamque theurgiæ doctrinam avido pectore combibisse (1). Namque a. 352, quùm Asiam peragraret, Antiochiæ moratus, ibi cum Maximo diutissimè conversatus est, et si recentiori scriptori credamus, juravit se veterum sacra pristinum in statum restituturum esse (2).

Quonam modo suam doctrinam Neoplatonici cum vetustis obsoletisque sacris conciliarent, undè adversùs Christianum cœtum intestinum illud bellum commoverint, exponere ad nostram rem parùm pertinet. Monendum verò nobis est inter sophistas et philosophos de summâ hujus belli ortâ discordiâ, duas statim factiones exstitisse, quarum una, Maximo et Prisco ducibus, cum Juliano fœdus inierit, aulam assiduè coluerit, opibus et gratiâ floruerit, altera ab imperatore discesserit, oblataque munera deliberato consilio repudiaverit. Nam, quùm rhetorum et philosophorum clarissimus quisque Constantinopolim acciretur, Athenis Proæresius, Chrysanthius Sardibus sese continuit; Himerius contra ad urbem regiam statim advolavit, atque imperatorem bellum adversùs Persas moventem comitatus est. Themistius autem à Juliano præfectus Constantinopoli designatus, eximium munus abnuit, nec, semel atque iterùm rogatus, de sententiâ motus est : Παρακλήσεις δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις, καὶ προςτίθει τούτοις ἅπασιν ὅπως καὶ ὁπότε· ὅτι μήτε ἐπιλιπαρήσαντος μήτε ἐπ' ἄλλῳ τῳ,

(1) Eunap. in Vita Maximi.— Cf. Vacherot, *Histoire critique de l'École d'Alexandrie*, II, p. 160.

(2) Beugnot, *Destruct. du paganisme en Occident*, I, p. 179.— Liban. Orat. IV, p. 175.

ἀλλ' ἐπὶ τοῖς λόγοις. Καὶ... παρὰ ἀνδρὸς ἥκιστα εὐμαροῦς, ὃς ἐπιστέλλων πρὸς τὴν γερουσίαν αὐτὸ τοῦτο διαῤῥήδην ὁμολογεῖ, μέρος μέν τι συμπεῖσαι μόλις, τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι, καὶ ὅτι μηδὲν προςείληφα τοσοῦτον ὅσον προςτέθεικα, σεμνότερον ἀποφήνας τοὔνομα τῆς ἀρχῆς τῇ κοινωνίᾳ. — Καὶ εἰ μέν τις ἔροιτο τὴν αἰτίαν δι' ἣν τότε μὲν ἀπώκνησα, νῦν δὲ οὐκ ἔτι, ἐρῶ μηδὲν ὑποστειλάμενος μήτε ἐνδοιάσας (1). Vir egregius, jamdudùm arcanis initiatus imperii, eamque philosophiam maximè professus, quæ benè gerendæ reipublicæ expediret, longè à portentosis Maximi ineptiis discrepabat, atque ab istis rerum novandarum consiliis, perspectâ inanitate, prorsùs abhorrebat (2). Immò cum importuno hominum grege graves Nostrum inimicitias gessisse, ex amaris ipsius quibusdam verbis conjectaverim. Illos enim procul arcet à philosophorum numero, per eorum malas artes veram et germanam philosophiam vapulasse, atque neglectam jacuisse queritur : Ἄνωθεν, ὦ βασιλεῖς, εὔνοια καὶ συγγένεια βασιλείᾳ πρὸς φιλοσοφίαν ἐστί· καὶ ἐπὶ τὴν αὐτὴν χρείαν κατέπεμψεν ὁ θεὸς ἀμφοτέρας εἰς τὴν γῆν, ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἐπανορθοῦσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τὴν μὲν διδάσκουσαν τὰ ἀγαθὰ, τὴν δὲ χορηγοῦσαν. Τοῦτο τοίνυν αὐτὸ πρῶτον ποιοῦμαι τῆς ὑμετέρας φύσεως σημεῖον, ὅτι τὴν συγγένειαν ταύτην οὐκ ἠγνοήσατε οὐδὲ πεπόνθατε ταὐτὸν τοῖς πολλοῖς, οἳ διὰ τοὺς νόθους τοῦ πράγματος δυςχεραίνουσι

(1) Orat. XXXIV, p. 459.

(2) Les hommes d'État, les sages du polythéisme se réjouissent sans doute de l'avénement de Julien, mais ils ne portent pas dans la restauration de l'ancien culte la même ferveur et la même passion que les philosophes. Les Thémistius, les Libanius, les Salluste montrent peu de goût pour le mysticisme et la théurgie des Maxime et des Chrysanthe. *Hist. crit. de l'Éc. d'Alexandrie*, II, p. 158.

καὶ τοὺς γνησίους· ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς, ἀλλ' οὐδὲν οἴεσθε προςήκειν τοῖς ἰατροῖς τοὺς φαρμακέας, οὐδὲ τοῖς ῥήτορσι τοὺς συκοφάντας, καὶ διὰ τοῦτο τῶν βασιλείων οὐκ ἀπεληλάκατε τὸ τριβώνιον... κ. τ. λ. (1).

Sed quùm fuerint multi qui præfecturam urbis Constantinopolitanæ, sub Juliano gestam à Themistio scripserint, aliisque persuaserint, res paulò accuratiùs explicanda mihi videtur.

Exstant quidem plures Libanii epistolæ, ex omnium consensu sub Juliano scriptæ (2), ubi Themistii tanquàm Constantinopolitanæ urbi præfecti mentio injicitur : Οὐ σοὶ συγχαίρω μᾶλλον τῷ τὴν πόλιν ἄγειν ἢ τῇ πόλει, τοῦ παραδοῦναί σοι τὰς ἡνίας. Σοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν δεῖ τῆς δυνάμεως, τῇ δὲ ἡγεμόνος ἀγαθοῦ, σοῦ δὲ τίς ἐκείνῃ πρότερος; δι' ὧν γέγονας ἀνδράσι μείζων, τῶν μὲν ἐχόντων ἀρετὴν μετὰ πλούτου, τῶν δὲ μὴ χρήματα, φύσιν γε ἀμείνω χρημάτων.... Epist. 38. — Cf. 66, sub f.

Præterea Himerianæ orationis locum, ubi alias inter Constantinopolis laudes, eximia præfecti merita magnificis rhetor extollit verbis, ad Themistium esse referendum Wernsdorfius censet : [Τὸν κυβερνή]την τῆς πόλεως δὲ ποῦ χοροῦ τάξομεν;.... τοῦτο δ' ἂν εἰκότως γένοιτο, εἰ γένος μὲν εἴη γενναῖος, ἐντραφείη δὲ παιδείᾳ καὶ λόγοις, κ. τ. λ. (3).

Sed cùm Libanii, tùm Himerii quantumvis grave testimonium redarguunt ipsius verba Themistii. Totâ enim XXXIV oratione, quam de suâ sub Theodosio præfecturâ conscripsit, unam duntaxat commemorat præfe-

(1) Orat. VI ad Valentin. et Valentem, p. 72. — Conf. Orat. V, ad Jov., p. 63, 64.

(2) Cf. Fabr. de Themist.

(3) Orat. VII, c. 15, 16.

cturam, quùm tamen et alias nominandi, si eas gessisset, plurima esset occasio. Immò in oratione XVII ineunte prorsùs negare videtur, se ante Theodosii imperium fuisse præfectum : Ἐπανήγαγεν αὖθις διὰ μακροῦ χρόνου φιλοσοφίαν ὁ θεοειδέστατος αὐτοκράτωρ εἰς τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν, ἐνδηλότερον τῶν ἔναγχος βεβασιλευκότων· οἱ μὲν γὰρ ἐτίμων μόνον ἐπὶ τοῖς λόγοις, εἰς δὲ τὰ ἔργα προελόμενοι πολλάκις κατελθεῖν οὐκ ἐδυσώπησαν, ἀλλ' ἄχρι τῶν πρεσβειῶν τέως ἐπολιτεύετο καὶ ἐλειτούργει τῇ κοινῇ πατρίδι. Βασιλεὺς δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῇ περιτίθησι καὶ παρεγγυᾷ γίνεσθαι αὐτουργὸν ὑπὲρ ὧν τέως ἄλλους ἠξίου, κ. τ. λ. Quo ex loco jure olim conclusit Tillemontius Themistium nonnisi sub Theodosio præfecturâ functum esse.

Quod attinet ad Himerii verba, minùs illa distincta et aperta sunt, quàm ut ad Themistium potiùs quàm ad Modestum, aut alium quemvis virum conspicuum, optimisque a puero litteris eruditum, et summâ eloquentiâ præditum, referenda esse censeas. Jàm verò de Libanio, Antiochiæ, ab imperii sede, procul degente, doctissimo Maio prorsùs assentior. « Visis, inquit, fortassè litteris aliquibus Juliani quæ Themistio eam dignitatem offerebant, rem designatam pro collatâ habuit. » Cujus acutæ conjecturæ consentit Suidas, in Lexico, rectè vertente Baronio τὸ προβλήθη *designatus est.*

Sed, allatis dissidii causis, reliquum operis pertexamus.

§ 6.

Mortuo Juliano, provecto ad imperii fastigium Joviano, magna statim rerum immutatio secuta est. Summus apud rhetores et sophistas terror, summa apud Christianos læ-

titia : diffugere illi, latitare (1); hi animos erigere : quas modò contumelias toleraverant, vincula, carceres, vicissim inferre; libertatem fidei, quam sub Constantio nuperrimè exoraverant, contagionem Ariani nominis deprecantes, profligatis nunc adversariis denegare.

Hìc manifesto in lumine conspecta est illa Themistii constantia, propositique tenax moderatio, quæ turbulentissimis in temporibus egregia viri nota fuisse videtur. Videlicet apud novum imperatorem, cui, Constantinopolim iter maturanti, Dadastanæ cum aliis senatorii ordinis principibus obviam processerat, annuendam libertatem suasit (2), quam quisque vellet religionem eligendi, præclarâque oratione sententiam exposuit et confirmavit. Quæ non multò pòst Constantinopoli omni coràm populo iterùm recitata, novi principatûs de religionibus consilium imperio denuntiavit.

Ad suscipiendum causæ per sese justissimæ patrocinium, non solùm ratio et philosophia, sed tutandi imperii fatiscentis necessitas virum et civem optimum cohortabantur. Hinc enim Gotthis, illinc Persis urgentibus, maximo angore animi jactabatur prudentissimus quisque, laudibusque patriæ servandis intentissimus, quùm perspicuè cerneret, quanta rebus Romanis impenderet pernicies ex intestinâ de religionibus discordiâ (3). Magni igitur referre ad salutem reipublicæ censebant, si disjecta in unum coalescerent populi romani membra. Hæc aperta faciunt ipsa Nostri verba : Τοῦτον ἐγὼ τὸν νόμον οὐ φαυλό-

(1) Οἱ τριβωνοφόροι τοὺς τρίβωνας ἀπέθεντο, inquit Socrates, lib. III, c. XXIV.

(2) Orat. V, p. 64 init.

(3) Videsis Symmachi relationem, et apud *Beugnot*, t. II, p. 82, sqq. Volusiani proconsulis ad D. Augustinum verba.

τερον ποιοῦμαι τῆς Περσῶν φιλίας· δι' ἐκείνην τοῖς βαρβάροις οὐ πολεμήσομεν, διὰ τὸν νόμον πρὸς ἑαυτοὺς ἀστασίαστοι βιωσόμεθα. Χείρους Περσῶν ἀλλήλοις ἦμεν, χαλεπώτεραι ἦσαν τῶν ἐπιδρομῶν αἱ γραφαὶ ἐξ ἑκατέρας θρησκείας παρὰ τῆς πόλεως, ὦ θεοφιλέστατε αὐτοκράτωρ· ὑπετείνατό σοι παραδείγματα ἐναργῆ ὁ παρελθὼν χρόνος. Ἔα μένειν τὴν τρυτάνην ἐφ' ἑαυτῆς, μὴ καθελκύσῃς ἐπὶ θάτερα τὴν ῥοπὴν, ἁπανταχόθεν φοιτᾷν εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς ὑπὲρ τῶν σκήπτρων τῶν σῶν ἱκεσίας (1).

Accipe nunc virum gravem et constantem, ex benè munitis philosophiæ templis cæcas et inanes hominum contentiones despicientem : Τοῦτό σοι προοίμιον γέγονε τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελείας ἡ περὶ τοῦ θείου νομοθεσία· μόνος γὰρ, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἀγνοεῖς ὅτι μὴ πάντα ἔνεστι τῷ βασιλεῖ βιάσασθαι τοὺς ὑπηκόους, ἀλλ' ἔστιν ἃ τὴν ἀνάγκην ἐκπέφευγε, καὶ ἀπειλῆς ἐστι κρείττω καὶ ἐπιτάγματος· ὥςπερ ἥ τε ἄλλη ξύμπασα ἀρετὴ, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐλάβεια· καὶ ὅτι χρῆ προηγεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν τούτων ὅτῳ μέλλει μὴ πεπλασμένως ὑπάρξειν, ἀβίαστον τὴν ὁρμὴν τῆς ψυχῆς, καὶ αὐτοκρατῆ, καὶ ἑκούσιον, πάνυ σοφῶς κατανοήσας. Εἰ γὰρ οὐδέ σοι, βασιλεῦ, δυνατὸν κατὰ διάγραμμα εὔνουν εἶναι τὸν μὴ τοῦτο ἔνδοθεν προαιρούμενον, πόσῳ μᾶλλον εὐσεβῆ εἶναι καὶ θεοφιλῆ, γράμματα ἀνθρώπινα δεδιότας, καὶ ἐπικήρους ἀνάγκας, καὶ ἀσθενῆ μορμολυκεῖα, ἃ πολλάκις μὲν ἤνεγκεν ὁ χρόνος, πολλάκις δὲ καὶ παρήνεγκεν... κ. τ. λ. (2).

(1) Orat. V, ad Jovian., p. 69.

(2) Orat. V, p. 67. Haud omninò à re alienum puto G. Remi verba referre, optimi civis, hæc Themistii consilia, in ætate tumultuosâ (a. 1605), coss. et senatui reipublicæ Norimbergensis ita commendantis : « Quid, obsecro, vetet eadem consilia, quæ Themistius παῤῥησιάζων suggessit, nos sequi, et rempublicam curare adfectam? In hoc totus est ille, ut libertatem religionis urgeat; et

Lenis illa et æquabilis animi sententia, ab hominum et civium violandâ voluntate alienissima, nullo quidem tempore vulgaris, ævo autem Themistii perrara. Libertatem fidei, prò fortunæ vicibus, contentâ voce flagitaverunt, nunc ethnici, nunc Christiani; non quòd alterutri libertatis curam ex animo gererent, sed ut, tanquam factis induciis, internecivum ad bellum tela manusque pararent. Unum illa virum decebat, quem κόσμου πολίτην appellaverat Constantius; unus enim illam non amore ficto prosequebatur (1).

Sed ut sit finis delineandæ personæ quam in tanto certamine sustinuerit Themistius, notandus etiam ejusdem orationis locus. Ut enim ethnicis concedendam esse sacrorum libertatem censet, ita vetat ne fruantur eâ incantationum institores et artifices præstigiarum : τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ἀπάτη καὶ φεναχισμὸς παραπέπηγε,

clementer esse tractandos, qui parent; quæ duo capita cùm late pateant, hic recensere non opus ... Si fidem, uti par fuit, Themistio habuere principes romani, si senatus, si Oriens totus suo bono adhibuit Themistio, cur nos recusemus sana illius consilia? quæ si non invenient locum, nos de pervicaciâ nostrâ accusabunt, damnabunt. » Præf. ed. Them.

(1) Libanium adde, cujus non possum quin præclaram epistolam hic exscribam : 'Εσπουδακέναι μέν σε περὶ τοὺς θεοὺς, καὶ πολλοὺς εἰς τοὺς ἐκείνων εἰςάγειν νόμους βουλοίμην ἂν, μὴ μέντοι θαυμάζειν, εἴ τις τῶν ἄρτι τεθυχότων δεινόν τι, ὃ ἔδρασεν, ἐνόμισε, καὶ πάλιν ἐπαινεῖ, τὸ μὴ θύειν. Ἔξω μὲν γάρ σοι πείθονται τὰ ἄριστα συμβουλεύοντι, καὶ προςέρχονται βωμοῖς, οἴκοι δὲ γυνὴ καὶ δάκρυα καὶ νὺξ μεταπείθει, καὶ τῶν βωμῶν ἀποσπᾷ. Εὐσέβιος δὲ ὁ τὴν αἰτίαν λαβὼν, ὡς ἄρα σοὶ τὰ πονηθέντα λύσειεν, ἐσυκοφάντηται φανερῶς, καὶ πόῤῥω τῆς μέμψεώς ἐστιν ... Νῦν οὖν ἢ ποίησον ἐλεύθερον τοῦ φόβου τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἐξαιτεῖ παρ' ἐμοῦ. Παρ' ἐμοὶ γάρ ἐστιν. Οἶμαι δὲ οὐκ ἔσεσθαι φαυλότερος Ἀδμήτου, κ. τ. λ. Epist. 730. — Cf. 1057.

καὶ ὑποδύεται μεγαλοπρέπειαν μαγγανεία, καὶ εὐσέβειαν ἀγυρτεία, καὶ διὰ τοῦτο τὰς μὲν προάγει, τὰς δὲ κωλύει (αὐτοκράτωρ), καὶ ἱερὰ ἀνοίγων ἀποκλείει μαγγανευτήρια, καὶ θυσίας ἐννόμους ἀφιεὶς οὐ δίδωσιν ἄδειαν τοῖς γοητεύουσιν (1).

Hæc est decantata illa Themistii *de religionibus* oratio, cujus mentionem doctissimi scriptores facturi, haud intelligo cur genuinæ et legitimæ proli, adulterinam nescio quam et subdititiam prætulerint (2).

§ 7.

Pervestigatâ igitur Themistii vitâ et agendi ratione, (liceat imagine uti meam commodiùs sententiam exprimente) philosophia mihi, placabile numen, sub viri personâ, imperatoribus adstitisse videtur, cujus esset officium, truces sæpius animos lenissimâ voce flectere et mitigare, irarum flammas consopire, ad horrenda supplicia pronissimas mentes cohibere. Ille humani generis, omní ferè patrocinio destituti, apud formidabiles dominos causam indefessus egit; cautè nimirùm, omnibusque adhibitis artis et doctrinæ adminiculis, ne superbissimas mentes offenderet, auditoris verò in animum, conciliati jam et voluptate illecti, liberalissima præcepta demitteret. Haud defuêre tamen illas qui blanditias acriter impugnavere, parùm, ut mihi videor, acutè (3).

(1) Orat. V, p. 70.

(2) De istâ Oratione XII, sub nomine Themistii latinè editâ, videsis præfat. Petav. et quæ disceptaverit vir inclytus et doctissimus, J. V. Le Clerc, *Biographie universelle*, art. *Themistius*; qui eximiam hic Nostri expressit imaginem.

(3) Gibbon, *Hist. de la décad. de l'Emp. romain*, III, p. 43, 118.

Lenem hunc et æquabilem vitæ tenorem haudquaquàm interrupit Valentis dominatus, asperrimi moris principis, qui castris tantùm armisque assuetus, Pannoniâ oriundus, adeò musarum expers erat, ut ne græcam quidem linguam calleret. Huic Noster imperiique consorti Valentiniano gratulatus, amborum primùm concordiam orator prædicat, romanisque inde rebus faustissima ominatur; mox verò præconium instituit mansuetudinis, quâ unâ, inquit, maximè terrarum domini Deo consimiles evadunt: Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ κοινὸς ὑμᾶς ἀρχηγέτης ὡς πρεσβυτάτους τε καὶ ἐντιμοτάτους τοῦ λοιποῦ γένους προὐστήσατο, μήτε πρὸς ἀλλήλους ἑτέρως σχοίητε, μήτε πρὸς ἡμᾶς, ἢ ὡς ὁ πατὴρ προαιρεῖται· προαιρεῖται δὲ εἰρηνικῶς καὶ ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως, καὶ ὡς αὐτὸς ἔχει πρὸς τὰ ἄλλα ἔργα αὐτοῦ καὶ γεννήματα. Ὁρᾶτε ὡς ὁ κεραυνὸς ὀλιγάκις καὶ ἐπ' ὀλίγους, τὸ φῶς δὲ πανταχοῦ καὶ ἐφ' ἅπασιν. Οὐκ ἔνεστιν οὖν πρὸς θεὸν ὁμοιωθῆναι τῆς πρὸς ἀνθρώπους εὐμενείας ὀλιγωρήσαντας. Οὐ γὰρ τῷ μετ' ἐμπειρίας ἱππηλατεῖν ἢ τοξεύειν ἐκεῖνον ἄν τις ζηλώσειεν, οὐδὲ μὰ Δία τῷ κρατεῖν τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἡδονῶν· ἀλλὰ ταῦτα λίαν χα-

Reisk., *in Lib.* — Altiùs verò noster Secundatus, *Grandeur et déc. des Romains*, c. XVII : « Le poison de la cour augmenta sa force à mesure qu'il fut plus séparé; on ne dit rien, on insinua tout. — Le séjour de plusieurs empereurs en Asie, et leur perpétuelle rivalité avec les rois de Perse, firent qu'ils voulurent être adorés comme eux; et Dioclétien, d'autres disent Gallien, l'ordonna par un édit. » Cui adde Thomas, *Essai sur les Éloges*, I, p. 280 sqq. : « Il faut que l'éloquence dans les monarchies ait une marche plus circonspecte et plus lente; il faut que sans cesse elle observe, qu'elle indique plus qu'elle ne prononce. — Il fallait sans cesse forcer l'expression pour que le langage ne fût point au-dessous des autres arts. Dès qu'il s'agissait du prince, le peintre, le sculpteur et l'architecte faisaient un dieu; l'orateur ou le poëte qui n'eût fait qu'un homme, eût paru faible ou coupable. »

μαίζηλα τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ καὶ ὄντως χθόνια καὶ ἀνθρώπινα, μόνον δὲ ἐκεῖνο θεῖον ἀτεχνῶς καὶ οὐράνιον, ἐπ' ἐξουσίας ἔχειν καὶ ἐν ῥαστώνῃ εὐδαιμονίαν ἀνθρώπων, κ. τ. λ. (1).

His atque aliis diligenter perpensis (tædet enim omnia referre), nemo, opinor, mirabitur quòd prædicet Themistius suas orationes tantâ apud Valentem gratiâ valuisse.

Ac profectò illa oratoris gratia maximè perspecta fuit eâ calamitosâ tempestate, quæ Procopianum tumultum insecuta est. Nam multi quùm senatores, duces exercitûs, rhetores ad Procopii partes deflexissent, de more prudens Noster legitimo ab imperatore non defecit, eâdem prudentiâ non utente Libanio, qui tyranni partes statim amplexus, ejus in laudem panegyricam orationem habuit, quam propter, perduellionis insimulatus, periculum capitis adiit (2).

Verùm inde ab longo jam tempore eæ erant rerum Romanorum vicissitudines, tantaque civilium turbarum frequentia, ut erga defectionis conscios invidiam facti magnâ ex parte temporum ratio detraheret. Itaque irarum ardori, auctore Themistio, temperavit imperator (3). Hanc vero mansuetudinem quanto magis violentæ Valentis indoli repugnaret, tanto exquisitiore laudum præconio Noster celebravit, humanitatis assertor assiduus. Itaque, intermisso post sedatam seditionem aliquanto temporis spatio, imperatorem in hunc modum allocutus est : Δύο εἰσὶν ἀρχαὶ, φιλανθρωπότατε αὐτόκρατορ, διακυβερνῶσαι τὸν βίον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸν ἀνθρώπινον, ὧν ἡ μὲν ἐξῆπται τῆς ἡμετέρας κρίσεως καὶ ὁρμῆς, ἡ δὲ ἐκ τῶν ἔξωθεν

(1) Orat. VI, p. 78. — Cf. p. 73, 79.
(2) De vitâ suâ, p. 107.
(3) Illud confirmat testim. Liban. ibid. p. 113.

αἰωρεῖται. Καὶ τῆς μὲν ἡμεῖς κύριοί τε καὶ αὐτοκράτορες, καὶ τὸ εὖ ἢ κακῶς παρ' ἡμᾶς ἐπὶ ταύτης ἐστί· τὴν δὲ ἐνείμαντο πλείους ἡγεμονίαι.... Διὰ ταῦτα τοίνυν ἐπὶ μὲν τῇ νίκῃ τέως ἦγον τὴν ἡσυχίαν, δι' ἧς κατέστησας τὸν πρώην χειμῶνα, εἰδὼς ὅτι πολλοὶ τῶν ἐπαίνων τούτων ἀμφισϐητοῦσι. Χωρὶς γὰρ τῆς ἔξωθεν καὶ δαιμονιωτέρας αἰτίας, ἣ τὰ πολλὰ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις τροπὰς ταλαντεύει, οὐ μόνον λοχαγοὶ καὶ στρατηγοὶ καὶ ταξίαρχοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ὁπλιτῶν ἕκαστος καὶ τῶν ἱππέων καὶ σφενδονήτης καὶ τοξότης, μεταποιεῖται τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ φιλοτιμίας.... Πρὸς τί τοίνυν ἀφεώρων, καὶ ποῖον ἔργον ἐκαραδόκουν, ὃ μόνου σοῦ καὶ μάλιστα σοῦ καὶ οὐδενὸς ἑτέρου μᾶλλον ἢ σοῦ; καὶ ποίους ἐπαίνους διενοούμην, ὡς σοὶ μόνῳ φαινομένους προσήκοντας; πρὸς οὓς οὐ δεῖ σοι τῆς φάλαγγος, οὐδὲ τῶν ἱππέων, οὐδὲ, ναὶ μὰ Δία, τῶν δορυφόρων, καὶ ἐξαρκεῖ προελέσθαι καὶ βουληθῆναι. Οὐ γάρ ἐστι χειρῶν ἔργον φιλανθρωπία, ἀλλὰ μόνης τῆς γνώμης τοῦ τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι κυρίου, κ. τ. λ. (1).

Hìc habes manifestam Latinorum imitationem, quorum præterea vix mentionem Noster aliquam facit. Quùm paulò infrà (2) insignem Cæsaris ergà Pompeianos clementiam commemoret, obversabantur, credam, animo præclara illa Tullii pro Marcello verba : « Nullius tantum est flumen ingenii, nullius dicendi aut scribendi tanta vis, tanta copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. Tamen affirmo, et hoc pace dicam tuâ, nullam in his esse laudem ampliorem eâ, quam hodierno die consecutus es... Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriæ sint im-

(1) Orat. VII, p. 84.
(2) *Ibid.*, p. 96.

peratorum. Et certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multùm juvant; maximam vero partem, quasi suo jure fortuna sibi vindicat; et quidquid est prosperè gestum, id pæne omne ducit suum.— At verò hujus gloriæ, C. Cæsar, quam es paulò antè adeptus, socium habes neminem. Totum hoc, quantumcumque est, quod certè maximum est, totum est, inquam, tuum. Nihil sibi ex illâ laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit; quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, fortuna, in istius se societatem gloriæ non offert; tibi cedit; tuam esse totam et propriam fatetur. Nunquam enim temeritas cum sapientiâ commiscetur, nec ad consilium casus admittitur (1). »

Vir præstantissimus idemque scriptor elegantissimus jam animadvertit hujus ætatis gentiles, adjuvante Christianorum doctrinâ, priscam illam animi duritiem mitigasse, Catonumque et Cethegorum exuisse ferociam (2). Constat profecto e suprà laudatis, Assyriorum, quos vocat, Judæorum nempe, libros Themistium pertractasse (3), Philonis doctrinâ totam in Asiam pervulgatos; Evangelia

(1) Tullianæ, ne Themistianæ dicam, orationis quàm egregiè meminerit Bossuetius, in laude funebri Condæi, neminem, opinor, fugit : « Qu'il est beau, après les combats et le tumulte des armes, de savoir encore goûter ces vertus paisibles et cette gloire tranquille qu'on n'a point à partager avec le soldat non plus qu'avec la fortune; où tout charme, et rien n'éblouit; qu'on regarde sans être étourdi ni par le son des trompettes, ni par le bruit des canons, ni par le cris des blessés; où l'homme paraît tout seul aussi grand, aussi respecté, que lorsqu'il donne des ordres, et que tout marche à sa parole! »

(2) Villemain, *Tableau de l'éloq. chrét. au quatrième siècle*, pag. 468 sqq. et passim.

(3) Cf. p. 25.

autem omisisse, quis diligentissimum litterarum cultorem putet? Nemo itaque miretur ambiguam Christianismi speciem eloquentiam nostri sæpiùs referre, et novo quodam spiritu videri afflatam. Nusquam autem magis conspicuè quàm in oratione X ille eminet : quâ, fractis bello et suppliciter orantibus Gotthis, donatâ de pace contra receptum majorum morem, gratias agit Themistius imperatori. Quid enim novum magis et magis inusitatum, proh Appios et Camillos! quàm romanum oratorem, initam cum barbaris pacem in senatu prædicare, laudibus extollere; bellicis tropæis hominum, immò hostium animas anteponere : Οἱ μὲν τῶν ποιητῶν λόγοι καὶ οἱ τῶν ῥητόρων ἴσως μὲν ἄλλο τι χρηστὸν ἔχοιεν ἄν, οὗ δὲ μάλιστα ἐχρῆν πεφροντικέναι, τοῦτο παρορῶσι. Τὸ γὰρ μέγεθος ἐν ταῖς πράξεσιν, οὐ τὴν ἀρετὴν, ἐπιζητοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο τὰς παρατάξεις, καὶ τοὺς πολέμους καὶ τῶν νεκρῶν τὸν ἀριθμὸν διατριβὴν ποιοῦνται τοῖς λόγοις, καὶ τὸ πολὺ τῶν ἐγκωμίων αὐτοῖς οἱ φόνοι καὶ αἱ πορθήσεις· εἰρήνην δὲ ἐν καιρῷ γενομένην, καὶ μετὰ τοῦ πρέποντος σχήματος, οὐδεὶς πώποτε ὑπέλαβε πολλῶν τροπαίων τιμιωτέραν. Τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ τοῦ νικῆσαι πολλάκις τὸ τὴν νίκην ὑπεριδεῖν ἐντιμότερον (1).

Hìc subit animum ille Taciti locus, ubi mutuam Germanorum internecionem, spectante acie romanâ, lætabundus narrat, et in excidium hostium nominis romani atrocissima nuncupat vota : « Juxta Tencteros Bructeri olim « occurrebant; nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse « narratur, pulsis Bructeris ac penitùs excisis, vicinarum « consensu nationum, seu superbiæ odio, seu prædæ dul- « cedine, seu favore quodam erga nos deorum; nam ne « spectaculo quidem prælii invidere; super sexaginta millia

(1) Orat. X, p. 130. — Cf. p. 131.

« non armis telisque romanis, sed, quod magnificentius est, « oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat, quæso, du- « retque gentibus, si non amor nostrî, at certè odium suî; « quando, urgentibus imperii fatis, nihil jam præstare for- « tuna majus potest quàm hostium discordiam (1). » Quantùm verò Christiani moris contagio vel adversariorum animos inflexisset, collatis Taciti Nostrique sequentibus verbis nemo non videbit : Καὶ νῦν περίεστιν ἡμῖν οὐ τοὺς νεκροὺς ἀριθμεῖν, ὅσων κρείττους γεγόναμεν, ἀλλὰ τοὺς ζῶντας, οὐδὲ κεκρατηκέναι μὲν, οὓς δὲ ἐκρατήσαμεν μὴ ἔχειν. Οὕτω γίνονται κρείττους ἄνθρωποι ἀνθρώπων, ἐκείνως δὲ ἄρκτων καὶ συῶν καὶ παρδάλεων. Καίτοι γε ἐκείνων σπέρμα κυνηγετοῦντες ὑπολιμπάνομεν, ὁ δὲ ἐξαιρῶν παντελῶς ἀλιτήριος τῆς ἄγρας νομίζεται. Εἶτα θηρίων μὲν τῶν ἀγριωτάτων, ἃ διείργει πρὸς ἡμᾶς οὐχ Ἴστρος οὐδὲ Ῥῆνος, ἀλλ' ἡ φύσις αὐτὴ, φειδὼ ποιούμεθα, ὅπως ἂν τῷ γένει σώζοιτο καὶ διαμένοι, ἔθνος δὲ ἀνθρώπων, καὶ εἰ πάνυ φαίη τις βαρβάρων, ἀλλὰ ἀνθρώπων, ἐπτηχὸς, ὑποκῦπτον, ἐφ' ἡμῶν κεῖσθαι ὁμολογοῦν, οὐ θαυμασόμεθα τὸν μὴ παντελῶς ἐξελόντα, ἀλλὰ περιποιήσαντα καὶ φεισάμενον (2);

Ergò non modò, quod vulgò creditur, apud Ecclesiæ Patres, sed apud eos etiam oratores, qui, ut Themistius, nequaquàm à veterum ritu deflexerant, tacita animorum immutatio novum quoddam eloquentiæ protulerat genus.

Eminet passim apud suavissimum oratorem illud miserrimæ plebis studium, quo non egregium modò nomen sibi comparaverant Episcopi, sed ingenti etiam gratiâ

(1) De moribus Germ. 33.
(2) Orat. X, p. 140.

apud populum vigebant, cui, servatâ temporum ratione, veterum tribunorum abolitam jampridem memoriam repræsentabant : Οἰκίας πρότερον ἐπεμελήθης ἢ βασιλείας, καὶ μετήνεγκας ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπὶ τὰ μείζω τὴν ἐμπειρίαν. Οὐδέ σε δεῖ ζητεῖν τοὺς διδάξοντας ἐξ ὅσων ἱδρώτων περιγίνεται τοῖς γεωργοῖς καὶ ἡμίεκτον καὶ ἀμφίεκτον καὶ ἀμφορεὺς καὶ χαλκοῦς εἷς καὶ ἀργυροῦς στατὴρ χρυσοῦς τε, ὅ τι καὶ θέαμα ἀγαπητὸν τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις. Οἶσθα ὁπόσον κακὸν πράκτῆρος ἀναισχυντία, ὁπόσον γραμματέως κακοτεχνία, ὁπόσον ἀστυχοῦ στρατιώτου φιλοκέρδεια· ὑφ' ὧν πολυπλασιάζεται τὰ δυςχερῆ (1).

Summa igitur viri apud Valentem auctoritas, cum imperatore assidua consuetudo. Indè nulli principi commodiùs adscribendum fore putem illud alterius statuæ decretum, cujus haud semel mentionem Noster facit (2).

§ 8.

Illud circà tempus e vivis decessisse credam Eugenium patrem : quem verisimile est aliquot annos vixisse post Julianum, non autem ad ævum Theodosii pervenisse, quùm de patre tanquàm defuncto loquatur in oratione XXI ineunte, quæ a. circiter 378. habita est. Coram consessu amplissimo genitori filius parentavit oratione, magis tamen concinnatâ atque adornatâ, quàm quæ sincerum dolorem deceret, et illos nimiùm redolente flosculos, quibus ἐπιδείξεις conspergere mos erat. Non abest tamen styli leporibus intermista quædam gravitas.

At illo inprimis delector loco, Homericæ pleno suavitatis, ubi venerandi senis sanctissimam in agro vitam pius

(1) Orat. VIII, p. 114.—Cf. p. 115.
(2) Orat. XI, p. 146. — Vid. not. Petav.

filius commemorat : Γεωργίας μὲν δὴ καὶ σφόδρα ἦν ἐπαινέτης τε καὶ ἐραστὴς, καὶ τῷ φιλοσόφῳ ῥᾳστώνην ἐπὶ τοῖς πόνοις μόνην πρέπουσαν ἀπέφηνε τὴν γεωργίαν, καὶ μάλιστα γηρῶντι ἤδη καὶ ἐκλυομένῳ ὑπὸ τοῦ χρόνου τῷ σώματι. — Καὶ πολλάκις ἂν φοιτήσας παρὰ τὸν πρεσβύτην κατέλαβες ἢ φυτεύοντα ἢ περικαθαίροντα ἢ μεταφέροντα ἢ ὕδωρ διεξάγοντα ἐπὶ τοὺς ὀχετοὺς, ὥςτε ἐπάρδειν τὰ φυόμενα· καὶ ὤρεξεν ἂν τί σοι τῶν ὡραίων, καὶ περιαγαγὼν τοὺς ὀρχάτους ὑπέδειξεν ἂν τῶν βοτρύων ὑπερφυὲς τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ ἀνήγαγεν εἰς τὰς μητροπόλεις, ὥςπερ οἱ γενεαλόγοι τῶν στεμφύλων εἰς τὰς ἀποικίας... κ. τ. λ. (1). Quid multa? Ex totâ oratione exsistere videtur singularis et viri et magistri species; neque à scopo erravisse oratorem jure quisquam dixerit.

§ 9.

Postquàm paci cum Gotthis feriendæ auctor adfuisset Themistius, Valentem in Orientem remeantem est comitatus, atque Antiochiæ paulùm moratus, ibi multos post annos Libanium, credo, revisit. Vix autem in hoc extremo imperii limite consederat, quùm ad Gratianum legatus est; utrùm è Valentis sententiâ, nova ut inhiberet consilia, quæ, auctore Ambrosio, adversùs paganos moliebatur Gratianus, an, ut icto Romanis cum senatoribus fœdere, totum per imperium fusos et palantes veteris ritûs cultores conglomeraret, et ad sustinendum adversùs Christianos prælium excitaret et recrearet, prorsùs incertum. Illud sibi persuadere videtur recentissimus scriptor, et quidem minimè contemnendus (2), ex habitâ Romæ in senatu,

(1) Orat. XX, p. 237.

(2) Beugnot, *Destruction du pagan. en Occident*, I, p. 323

absente Gratiano, XIII oratione; ubi duas partes sedulò animadverteris : unam planè nugatoriam, in quâ callidus orator, ne patefactâ sententiâ principis offensam incurrat, in laudem *pulchritudinis* Gratiani exspatiatur : alteram, ubi, rem agens, veterum sacris apertissimè deditum se profitetur, Romam sacrorum generis humani arcem et præsidium, Romanorumque senatorum pietatem magnificentissimis verbis extollit : Ἡ κλεινὴ καὶ ἀοίδιμος Ῥώμη πέλαγός ἐστι κάλλους ἄφραστον καὶ ἀνεξήγητον, ἧς ἥκω θεατής. Καὶ οὐκ ἀπολέλοιπα τοὺς καλοὺς νόμους εἰς τὸ πέλαγος τοῦ καλοῦ μεταβὰς, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἑτέρους ὁρῶ ἁγιωτέρους καὶ θειοτέρους, οἷς Νουμᾶς ἡμῖν τὸ ἄστυ ἐξ οὐρανοῦ ἀνεδήσατο. Δι' ὑμᾶς τοι, ὦ μακάριοι, οἱ θεοὶ τὴν γῆν οὔπω ἀπολελοίπασι, καὶ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ μέχρι τέως ἀπομαχόμενοι μὴ παντάπασι τὴν θνητὴν φύσιν τῆς ἀθανάτου ἀποῤῥαγῆναι... Καὶ ἡ παναγὴς καὶ ἱερὰ πολιτεία ἣν μετὰ τοῦ θεοῦ πολιτεύεσθε ὅσαι ἡμέραι καὶ ὅσαι ὧραι ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπίνου φύλου, οὗ προστάται ἐλάχετε εἶναι τὸν ἅπαντα χρόνον, πάλαι μὲν τοῖς ὅπλοις, νῦν δὲ ἀμείνονι φυλακτηρίῳ τῇ ἁγιστείᾳ (1).

Nec unum illud eloquentiæ suæ specimen Romæ videtur Noster edidisse. Constat enim Romanos, admiratione incensos, viro tantùm non manus injecisse, ut Urbis museo illum adsciscerent, adhibitis non modò eximiis conditionibus (2), sed vocatâ etiam imperatoris auctoritate, qui, morem studio civitatis gerens, Themistio se Romanæ peregrinationis auctorem fuisse prædicavit (3). Quatenùs ex animo locutus sit ille, ego lectori, perlectâ modo laudatâ oratione, arbitrandum relinquo.

(1) Orat. XIII, p. 178.
(2) Orat. XXIII, p. 298.
(3) Orat. XXXI, p. 354.

§ 10.

Miror equidem, nec jam satis elucidatum habeo, quùm Theodosius adversùs falsorum numinum fautores bellum illud jàm indixisset, quod, saltem in Oriente, idolorum cultum pænè funditùs eruerit, apud illum tamen Themistium, veteris disciplinæ haud ambiguè tenacem, non inferiori gratiâ quàm Arianos apud imperatores floruisse. Estne arbitrandum, ingravescente ætate, virum et græcum et sophistam, de sententiâ leviter deflexisse, et regis ad exemplar, ut solet, sese composuisse? an, quod veri, opinor, est similius, multò majorem de eligendis sacris, vel ipso sub Theodosio, permissam fuisse paganis libertatem, quàm posteà existimavêre, et in historiis retulêre scriptores ecclesiastici, quorum haud semel prudentia desideratur (1)? Profectò, ille non dubitat Theodosio gratulari, quòd egregiæ cuidam Assyriorum sententiæ fidem adhibeat : Οὐ δύο πίθοι κατακείαται ἐν τῷ τοῦ βασιλέως ἐδάφει, ὥςπερ αὖ λέγει Ὅμηρος· βασιλεῖ δὲ οὐκ ἔστι πίθος ὁ τοῦ θανάτου, ἀλλ' ὁ τῆς ζωῆς μόνον, μεστὸς ἀεὶ καὶ ὑπερχειλὴς, ἐξ οὗ ἄκρατον αὐτὴν ἀρύεται καὶ χορηγεῖ τοῖς ἀνθρώποις. Πεπίστευκε γὰρ εὖ ποιῶν τῷ λόγῳ τοῦ Ἀσσυρίου, ὃς τὴν καρδίαν τοῦ βασιλέως λέγει ἐν τῇ τοῦ θεοῦ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι, ἣν οὐχ οἷόν τε γράμμασι θανατηφόροις ἑαυτὴν συνεπιδοῦ-

(1) Aucune loi n'obligeait encore les païens à abjurer leur religion, à recevoir le baptême, à faire des actes en opposition avec leurs sentiments; pourvu qu'ils ne prissent part à aucun acte d'idolâtrie, leurs croyances connues ne les exposaient à aucun châtiment, ne les excluaient d'aucun droit. (Chastel, *Histoire de la décadence du paganisme en Orient*, p. 204.)

ναι... κ. τ. λ. (1). Sed, diligenter perspecto loco, nonnisi de imperatoris mansuetudine generatim loqui oratorem putes.

Utut sese res habuerit, apud Theodosium imperatorem, ut quùm maximè, valuisse gratiâ et àuctoritate Themistium jàm compertum est. Namque uno sub Theodosio, quod suprà disceptavimus, præfecturâ functus est; cui dignitati, ut præcipuæ, competebat jus sedis prærogativæ in senatu, carpenti argentei et præconis. Ob susceptam verò dignitatem maledici cujusdam poetæ epigrammate appetitus, illam περὶ Ἀρχῆς orationem recitavit, quam ex Ambrosianâ, ubi oblivione obruta diù latuerat, doctissimus Maius in lucem protraxit. Palladæ autem in Themistium epigramma, quod argutum et ingeniosum esse judicat Petavius, in eo versatur, ut novum magistratum à fastigio se philosophiæ demisisse criminetur :

Ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος ἐς πόθον ἦλθες
Ἄντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον.
Ἦσθα ποτὲ κρείσσων· αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων·
Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

Hìc obiter notandum speciem libertatis in litteras perfugisse, quùm publicis è consiliis jamdudùm exulasset. At crimen ità diluit Themistius, ut ostentandis et enumerandis muneribus, quæ per annos XL gesserit, philosophiam declaret multùm splendoris à se accepisse, nedùm deprimeretur : Εἰ δέ σοι λίαν ὁ χρόνος δοκεῖ σεμνόν τι εἶναι καὶ περισπούδαστον, ὑπάρχει σοι καὶ χρόνῳ σεμνύνεσθαι ὅσον πεπολίτευμαι τῇ καλλιπόλει. Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀρχῆς νέος ὢν τὴν ἐν ταῖς γωνίαις φιλοσοφίαν εἱλόμην, ἀλλ' ἐκ παίδων εἰς

(1) Orat. XIX, p. 229.

ἐφήβους, καὶ ἐξ ἐφήβων εἰς ἄνδρας, καὶ ἐξ ἀνδρῶν εἰς τουτὶ τὸ γῆρας τῇ τῆς πόλεως εὐνοίᾳ συνδιελήλακα. — Ἐξ ἐκείνου τῆς προστασίας ταύτης ἡπτόμην, ἐξ ὅτου με πρεσβεύειν εἰς τὴν ἀοίδιμον Ῥώμην ἐχειροτονεῖτε· ἐξ ἐκείνου προεκηδόμην τοῦ δήμου, ἐξ ὅτου τὸ σιτηρέσιον ἐπανήγαγον· ἐξ ἐκείνου τῆς γερουσίας προὐνόουν, ἐξ ὅτου τὸν κατάλογον τῶν ὁμογενῶν ἀντὶ μόλις τριακοσίων ἐπλήρουν εἰς διςχιλίους· ἐφ' ὧν δύο μὲν αἵ τε χαλκαῖ παρὰ δυοῖν αὐτοκρατόρων εἰκόνες, τιμαὶ δὲ ἐν γράμμασι διωλύγιαι, κ. τ. λ. (1).

Ex illâ oratione, inter alia multa, apparet Themistium, à Theodosio legatum, Romam iterùm invisisse. Quâ de re legationem obierit, prorsùs incertum. Jam verò in Occidentem proficiscens imperator philosopho, jam senectute confecto, Arcadium filium instituendum reliquit, et coram senatu ac populo enixè commendavit. Quod egregiæ voluntatis pignus senex recreatus celebravit Oratione XVIII; eaque tanquàm cycnea vox fuit hominis disertissimi : Δεῦρ' ἴθι, ὦ φίλε παῖ, ἐπὶ τῶν ἐμῶν καθίζου γονάτων, ὅπως ἄν σε ἐκείνων γεύσαιμι τῶν παιδευμάτων, καὶ ἀναθρέψαιμι, οὐχ ὥςπερ ὁ Φοίνιξ τὸν Ἀχιλλέα, σῖτα καὶ ὄψα ἐπάγων, ἀλλὰ τροφεῖα παρέχων, ἃ μόνη σκευάζει φιλοσοφία τοῖς νέοις βασιλεῦσι, καὶ εἴσω τῆς αὐτοκρατοῦς ἡλικίας, λόγους ἐγκάρπους καὶ ὑψηλοὺς καὶ ὠφελίμους, καὶ παλαιῶν κλέα αὐτοκρατόρων, οἷς Κῦρος ὁ μέγας ἐτράφη, καὶ Μάρκος ὁ κλεινὸς, καὶ Τίτος ὁ γενναῖος, οὗ τὸ λαμπρὸν καὶ μέγα ἐκεῖνο ῥῆμα, ὅτι τήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδένα γὰρ εὖ ἐποίησα. Συμπαιδαγωγήσουσι δέ σε καὶ Πλάτων ὁ κλεινὸς, καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀριστοτέλης, οἳ καὶ τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον ἐπαιδαγώγουν, καὶ ἐξ ἀδήλου χωρίου κύριον ἐποίησαν ὅλης τῆς γῆς. Ἐὰν οὗτοί σε ἐκθρέψωνται, καὶ

(1) Orat. XXXIV, p. 456.

τιθηνήσωνται, ἐπώνυμε τοῦ λογίου θεοῦ, ταχέως ἔσται ἐπιτελὴς ἡ τῶν σῶν γονέων εὐχὴ,

Πατρὸς δ' ὅ γε πολλὸν ἀρείων,

ἢ ἥ γε μετριωτέρα καὶ δυνατωτέρα,

Πατρὸς δ' εἰς ἴχνια βαίνοι,

Καὶ τότε σοι ἐπιχαιρήσει ἡ μήτηρ, οὐ μόνον ἐκ πολέμου ἐπανιόντι μετὰ σκύλων, ἀλλὰ καὶ δημηγοροῦντι, καὶ θεμιστεύοντι, καὶ τὴν δίκην πάρεδρον ποιουμένῳ, ἧς πρώτη αὕτη ἐμπίπλησι τὰ βασίλεια (1).

(1) Orat. XVIII, p. 225.

PARS SECUNDA.

Adumbrato pro viribus et doctrinæ nostræ penu Themistio oratore, superest jam ut de sophistâ disseram. Publica enim per officia a docendi munere, ne provectâ quidem ætate est abductus. Et ad pertexendam illam operis partem ipse haud pauca conferet; de suâ enim ratione docendi uberrimè passim disserit. Sed rem aggressurus, de ratione scholarum et magistrorum conditione, qualis fuit Themistiano ævo, pauca præfari, operi conducere arbitror.

§ 1.

Eloquentiæ studia ex libertate orta et exculta, brevissimo temporis spatio mirum in modum creverunt; nec jam facilè dixerim quantâ existimatione vigerent rhetores, quanto Græci homines ardore flagrarent mirabiliùs elaboratas audiendi declamationes; quàm cupidè dicendi artificio inhiarent, quàm suaviter orationum lenociniis detinerentur (1). Itaque liberum in habendis scholis

(1) Mirabile, quod de sophistâ Proæresio victore meminit Eunapius : *Cuncti qui aderant*, τὰ στερνὰ τοῦ σοφιστοῦ περιλιχμησάμενοι καθάπερ ἀγάλματος ἐνθέου, etc., *circumlambendo sophistæ pectus velut simulacrum alicujus dei, alii pedes, alii manus deosculabantur : nonnulli deum, quidam Mercurii eloquentiæ præsidis typum nominabant.* — Non modò plaudebant manu, sed tripudiabant audiendo, subsultabant, vestes suas excutiebant. Cf. *Eunap. in Vita Juliani Soph.* — *Liban. in Vita sua*, p. 87.

et longè patentem campum sophistæ habuerunt. Nam in quamcumque delati urbem fuissent, poterant orationes recitare, juventutem illicere, docere; ad dicendi certamina, die prodictâ, populum invitare. Id verò fiebat vel programmate sparsisve libellis, vel ii ipsi qui erant dicturi ædes circumeundo ambiebant. Hinc factum est, ut quidam sophistæ pluribus in locis docuerint, vel propriâ animi inductione impulsi, vel à civibus evocati : in eoque spectabant urbis frequentiam, adolescentium multitudinem, spem lucri et commodorum. Præ ceteris verò hoc agebant ut gloriæ velificarentur.

Imperatores romani, quùm bonarum artium propagationem ad suam curam maximè pertinere putarent, non Athenis modò, et Romæ et Antiochiæ, sed omnibus in urbibus quæ μητροπόλεις nuncuparentur, suggesta esse oratoria voluerunt, et quasi officinas eloquentiæ, quibus qui præessent, donis, salariis, immunitatibus ornarentur. Cujus origines instituti pertinere videntur ad Antoninorum tempora, quibus magnam sophistarum celebratissimorum copiam exstitisse constat.

Ex illâ publicâ munificentiâ, romani imperatores thronorum sophisticorum præfecturam donabant, et quem vellent moderatorem scholæ præficiebant. Sed non ubique nec diù hæc ratio tenuit, idque munus eligendi ab imperatoribus derivatum est in optimates et viros principes civitatis, qui communi suffragio probatos renuntiabant (1). Decretum autem curialium ad imperatorem, minoribus in civitatibus ad provinciæ præsidem, aut ad diœcesi præfectum, tractandum referebatur : ità ut

(1) Wyttemb. in Eunap. Proæresium, p. 289. — Cf. Gothofr. ad Cod. Theod., lib. XIII, tit. III, p. 37-47.

omninò liberum non esset cuique civitati de suorum doctorum salario, immunitatibus, ceterisque commodis suo decernere judicio (1).

Ipsa autem eligendi ratio hæc esse solebat. Publicè dies præscribebatur, quâ qui eloquentiæ ludo præesse cuperent, sistere se oportuit, ut, cognitâ uniuscujusque dignitate, legitima fieret electio. Nomen igitur qui vellent profitebantur. Tùm, instituto inter æmulos certamine, facta à judicibus morum cognitione, suffragia colligebantur. Tùm ii quorum interfuit lectos pronuntiabant. Eorumdem etiam judicio amoveri à docendo poterant, si minùs satisfecissent (2).

Ceterùm, quæ de lectione sophistarum modò exposuimus, ad eos tantùm referenda sunt, qui scholæ præerant publicâ munificentiâ locupletatæ.

In claris et magnis civitatibus fuêre theatra, sive auditoria, sophistarum exercitationibus addicta, impensis civitatum ædificata. Sic Athenis *Agrippæum* theatrum exstitit, de quo ita habet Philostratus : « Sophista Alexander profectus Athenas, extemporalem declamationem cupidis eum audiendi est pollicitus : interim ad theatrum in Ceramico, quod quidem *Agrippæum* nominatum est, sunt congregati (3). »

Jam Romæ quoque fuisse auditoria sophistarum publica, monumenta annalium referunt, quorum præcipuum est *Athenæum* rhetorum orationibus destinatum. De illo sic Lampridius in Alexandro : « Ad *Athenæum* audien-

(1) Cod. Theod., lib. XIV, lex Jul. — Liban. de sua vita, pag. 29, 57.

(2) Cod. Theod., lib. VI, tit. 21, a. 425. Comm. Gothof.

(3) Philost. in Alex. lat.

dorum et Græcorum et Latinorum rhetorum causâ frequenter processit. » Et in ipso olim templo Apollinis Capitolini factas recitationes memorat Horatius.

Imperatores verò jam ab ævo Constantii exornandæ novæ Romæ cupidissimi, cùm publico auditorio ædificando, tùm componendis bibliothecis sedulam operam dedere : quod ex insigni inprimis loco Themistii patet : Ψυχὴν ὑπολαμβάνω ἐγὼ ἀνδρὸς σοφοῦ εἶναι τὴν σοφίαν καὶ τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον, ἠρία δὲ τῶν ψυχῶν τούτων τὰς βίβλους τε καὶ τὰ γράμματα, ἐν οἷς ἀπόκειται αὐτῶν τὰ λείψανα ὥςπερ ἐν μνήμασι· ταῦτα οὖν τὰ μνήματα, ὑπὸ μικρᾶς ἀθεραπευσίας διαῤῥυέντα, ὥςπερ οἰκοδομήματα ἐν τῷ θησαυρῷ τῆς μνημοσύνης, καὶ κινδυνεύοντα παντάπασιν αὐτά τε ἀϊστωθῆναι καὶ ἀποσβῆναι καὶ συναποσβέσαι τὰς ψυχὰς τὰς ἐγκειμένας, ἀναζωπυρεῖν παραγγέλλει, καὶ τάττει μὲν ἄρχοντα ἐπὶ τῷ ἔργῳ.. Καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ὑμῖν ἀναβιώσεται μὲν δημοσίᾳ ὁ πάνσοφος Πλάτων, ἀναβιώσεται δὲ ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ ὁ ῥήτωρ ὁ Παιανιεὺς, καὶ ὁ τοῦ Θεοδώρου καὶ ὁ τοῦ Ὀλόρου... κ. τ. λ. (1).

Auditorium vero sive Μουσεῖον Constantinopolitanum, ipsius Capitolii pars sive ala erat, in octavâ urbis regione, quæ à mari semota erat, et mediterranea, ut docet vetus Constantinopoleos descriptio, præfixa Notitiæ imperii.

In illo auditorio studia non exercebant, nisi magistri ab imperatore constituti, qui in privatis ædibus docere prorsùs vetabantur; vice versâ, alii quàm à principe constituti magistrorum nomina sibi usurpare, et in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecumque juvenes docere et circumferre prohibebantur. — Hi verò erant in universum Constantinopoli xxxi; nempe, latini oratores,

(1) Orat. IV, ad — Const., p. 59. Cf. Cod. Theod., lib. XIV, tit. IX.

tres; latini grammatici, decem; græci sophistæ, quinque; grammatici, decem; duo juris professores.—*Cod. Theod. de Studiis liberal.*

Fuêre igitur, quod in summâ publicandæ doctrinæ libertate ipsa res flagitabat, non publica tantùm, sed privata quoque theatra docentium, ut disertè meminit Eunapius; qui loquens de ædibus Juliani sophistæ, ait adjunctum fuisse theatrum proportione domicilio respondens, τῶν δημοσίων θεάτρων εἰς μίμησιν (1). Interdùm solebant ad ἐπιδείξεις conducere aulas grandiores et palæstras, aut à magnificis hominibus utendas accipere. Nonnunquàm in ipsâ curiâ declamationes instituebantur. Idem in templis quoque et basilicis factum Libanius significat : Ἐνταῦθά μοι γέρων τις προςελθὼν, οὐδὲν ἔφη θαυμαστὸν εἶναι μὴ εὖ πράττειν ἐν τῇ κλίνῃ κείμενον. Πλεονεκτεῖν γὰρ δὴ τοὺς ἐν μέσῳ καθημένους· ἀλλ', εἰ βούλει, ἔφη, μαθεῖν τῶν διψώντων τὸ πλῆθος, ὅρμησον ἐπὶ τὶ τῶν ἱερῶν (1). Cf. p. 134. — Ἐξιόντι μοι τοῦ βουλευτηρίου μετὰ τοὺς εἰωθότας πόνους... κ. τ. λ. (2).

Quid sophistæ docuerint in scholis, quàmque latè patuerit eorum professio, paucis exponi nequit, quòd in diversis ætatibus, regionibus, urbibus, haud exigua fuerit eorum in docendo varietas. Ne ab ævo Themistiano aberrem, insignem Gregorii Nazianzeni locum afferam, undè pronum sit intelligere quid in ceteris imperii metropolibus præceptorum chorus discipulis tradiderit : « Quod disciplinæ genus est in quo versatus non sit (Basilius); atque ità eximiè versatus, quasi in eo solo

(1) Cf. Lib. de Vita sua, p. 72. — Ibid., p. 71.

(2) Docebat Libanius in curiâ, quia Christiani templum Fortunæ, in quo schola antè fuerat, occupaverant. Cf. Epist. 86, 996.

elaborasset? — Quis in *rhetoricâ*, illâ, inquam, vim ignis spirante, cum eo comparandus, tametsi illius mores à rhetorum moribus dissiderent? Quis in *grammaticâ*, quæ linguam ad græcitatem format, historias colligit, metris præest, carminibus leges præscribit? Quis in *philosophiâ*, sive eam partem spectes, quæ in actione et speculatione posita est, sive eam quæ in logicis demonstrationibus aut oppositionibus et concertationibus versatur, quam *dialecticam* vocant? Jam verò *astronomiam*, *geometriam*, *numerorum proportiones* hactenùs didicisse contentus, ut non ab iis qui in hujusmodi rebus sciti et eruditi sunt exagitaretur. *Medicinam*, quæ philosophiæ et laboris atque industriæ fructus est, necessariam ipsi reddiderat... Sed quid hæc, si cum morum illius doctrinâ conferantur (1)?

Ne quis igitur apud Philostratum, Eunapium, Libanium miretur magnas illas turbas et contentiones, quæ inter æmulos sophistas edere solebant, de obtinendâ publicarum cathedrarum præfecturâ studium et ambitio. Non modò enim in dicendo et præcipiendo clarissimorum fama per gentes orasque omnes terrarum disseminabatur, sed Græci homines, quorum animos, ut dixi, vel post amissam libertatem mirum in modum demulcebat summa dicendi facultas, præstantissimum sophistarum quemque omni ferè honoris et commendationis ge-

(1) S. Greg. Nazianz. Opp. I, p. 788. — Cf. Lib. de vit., p. 102. Habemus hic præclarum locum ad cognoscendum, inquit Reisk., quibus rebus juventus academica tùm temporis destinata fuerit. Alii enim honoribus comitatensibus et provincialibus gerendis erudiebantur: alii functionibus curialibus: alii causis dicendis in foro: alii eloquentiæ docendæ: alii juri romano tradendo. Cf. Cod. Theod. de decuriis U. R., lib. I.

nere prosequebantur. Quos enim viros moderandis civitatibus præficere jam non liceret, illis statuas in publico, privatis in xystis et bibliothecis imagines ponebant; jus civitatis, in tribus inscriptiones, honorificentissimis decretis largiebantur. Nec mos ille patrius romanâ sub ditione obsolevit. Honoratos enim sophistas in imperatorum legibus et edictis legere cuique obvium est (1).

Denique ad summos imperii honores directum iter, et ad eximiam sæpè apud Cæsares famam, januam aperuisse sophisticam, multorum exemplum, Themistii verò imprimis declarat. Indè, inquam, sophistæ inter se acerrimâ invidiâ ardere, gravissimas gerere inimicitias; nonnunquàm, factâ coitione, è civitate collegam ejicere, cujus gloria suæ nimiùm officeret. Sic Proæresius, famâ et honore Athenis triumphans, professorum aliorum seditione fuit expulsus. Idem se perpessum multoties innuit Himerius (2). Denique Libanium adversùs æmulorum versutiam et livorem indesinenter decertasse, ex iis quæ ipse de vita suâ tradit, habemus compertum (3).

Nec alia fuit causa ardoris incredibilis, quo discipulorum multitudinem sophistæ affectabant. Ad quos sibi conciliandos, quasnam artes adhiberent, inauditum profectò et vix credibile: Athenis præcipuè, ubi publicæ licentiæ, dignæ quidem quæ legibus castigaretur, inveterata consuetudo patrocinabatur. « Nàm quùm essent plurimi in eâ urbe doctores, quisque certos habebat homines sibi addictos, quos προσαγωγοὺς τῶν λημμάτων vocabant, qui in itineribus adolescentes studiorum causâ

(1) Cod. Theod., lib. VI, tit. 21. — Lib. V, lex Constantini.
(2) Him. vita, p. 40. Wernsd. — (3) P. 60.

in Atticam venientes, priusquàm urbem attingerent, excipiebant, et ad doctorem illos suum et scholam deducebant. Quin illi ipsi canes venatici exploratoresque juvenum, longiùs cupiditate et audaciâ provecti, excurrebant in montes et portus maritimos; sic nullus effugere potuit adolescens, quin fraude eorum hominum subornatus et pænè captivus, nolens volens in aliquem litterarum ludum compingeretur. » Eleganti Cresollii adumbrationi ut fidem augeam, lubet subjungere locum Libanii, ubi narrat se ipsum talibus exceptum fuisse insidiis ab fautoribus Diophanti : Ἔπειτα εἰς λιμένα τινὰ Ἀθηναίων· οὗ δὴ καὶ ἐκοιμήθην, τῆς ἐπιούσης ἐν ἄστει τε ἦν ἑσπέρας, καὶ ἐν χερσὶν, ὧν οὐκ ἂν ἐβουλόμην· ἔπειτα τῆς ὑστεραίας ἐν ἑτέρων αὖ χερσὶν, ὧν οὐδὲ τούτων ἐβουλόμην· οὗ δὲ ἦλθον μετασχήσων, τοῦτο οὐδ' ὁρᾷν εἶχον, ἐν πίθῳ μικροῦ καθειργμένος· οἷα τὰ ἐκείνων εἰς τοὺς ἀφικνουμένους τῶν νέων· ἐβοῶμεν δὴ διεστηκότες· ὁ σοφιστὴς μὲν ἐμοῦ, ἐκείνου δὲ ἐγὼ στερόμενος· ἀλλ' Ἀριστόδημος! (scilicet ἐμοὶ παραδιδόσθω) ἀλλ' ὁ Σύρος! (scilicet ἐμοὶ προςαγέσθω). Τοῖς ἔχουσι δὲ, λόγος οὐδεὶς τῆς βοῆς, κ. τ. λ. (1).

Etsi tales fraudes Athenis erant peculiares, nil tamen aptiùs nec vividiùs exprimere mihi videtur ardorem invidiæ quâ in ὁμοτέχνους incendebatur doctorum minutissimus quisque, opinor, et minimi æstimatus, ut solet: qui doctrinam cauponans, et in scholâ tanquam in officinâ sedens, verba et periodos nundinabatur. Communem tamen sophistarum labem avaritiam fuisse, multa veterum testimonia declarant. Eos haud semel Noster carpit, in hoc unum intentos, ut à quàm plurimis discipulis quàm maximam pecuniæ vim corraderent. Immò in

(1) De Vita suâ, p. 13. Vide notam Reisk. et Wyttembach. Animadv. in Biblioth. crit.

exigendâ mercede docendi, calendariâ strenâ, sportulâ saturnalitiâ, non solùm fœdissimam avaritiam prodidisse nonnulli videntur, sed illos constat miseros parvulos, qui solvendo pares non essent, aut qui pactam nollent pecuniam reddere, verberibus variisque suppliciis sævissimè excruciasse. Professores enim magnam in discipulos potestatem usurpasse perhibentur.

§ 2.

Sed ut redeat undè aberravit oratio, hujus hominum generis feracissima fuisse Constantinopolis videtur, quorum fraudibus et vitiis factum, ut sophistæ compellatio, quæ perhonorifica fuerat aliquandò, deindè irrisa, probro et contumeliæ haberetur. Themistii autem gratia, dignitates, opes majores quàm ut vulgi malevoli livorem et bilem non moverent : quibus annumeranda philosophorum factio, qui sub Juliano florentes opibus, deindè profligati, scholarum in angulis suum dolorem coquebant. Assiduis hi calumniis nomen Themistii carpere, laudem deterere. Illâ de simultate contentiosâ plures exstitere Nostri orationes, quibus dùm adversarios redarguere intendit, et aculeos invidiæ retundere, simul ostendit qualis ipse in docendo fuerit, et quantùm et quomodò ab æmulis discrepaverit. Quibus perlectis, nemo mirabitur eum sophistis inimicissimum fuisse, quippe qui, datâ operâ, ab eorum grege se subduceret, rationemque vivendi et docendi prorsùs à sophisticâ alienam elegisset.

Ac primùm quale, quàm excelsum munus philosophi sibi finxerit, audiamus : Ἐγὼ τὰ αὐτὰ φρονέω περὶ βασιλέως καὶ φιλοσόφου, καὶ ἄμφω νομίζω κατοικεῖν ὁμοίως ἐν ταῖς κορυφαῖς τῆς ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας, καὶ προσωτέρω οὐκ

ἔχειν ἢ προβήσετον· τὸν δὲ οἰόμενον καὶ μεῖζόν τι ἕτερον ὀνειροπολοῦντα κάτω που ἐστὶ πλανᾶσθαι, οὐδὲ ἀνελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν σκοπιὰν, ἣ ὑψηλοτάτη τέ ἐστι καὶ ὑπερκύπτει τὸν οὐρανόν· ἔνθεν οὐ μόνον γῆ καὶ θάλαττα ἄποπτος πᾶσα, ἀλλὰ καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ τοῦ Διὸς, καὶ ἡ ἀληθινὴ προεδρία, καὶ αἱ πηγαὶ τοῦ νέκταρος, καὶ ὁ λειμὼν τῆς ἀμβροσίας (1).

Dùm in vanam ostentationem intenti sophistæ, laudes, plausus maximè aucuparentur, suorum auditorum Noster utilitatem duntaxat affectasse prædicat. Ἆρα οἴεσθέ με, ὦ ἄνδρες, ἐπιδεῶς ἔχοντα ἔτι κρότου τε καὶ ἐμβομβήσεων, ὧν δαψιλῶς μοι εἰώθατε χορηγεῖν ἑκάστοτε, ὅταν λέγω, τήμερον ἀγεῖραι, καὶ ἀναβῆναι ἐπὶ τοῦ βήματος; ἐμοὶ δὲ ἡδὺ μὲν δοκεῖ εἶναι, καὶ πολλοῦ ἄξιον ἄκουσμα, ἔπαινος ἄδολος καὶ ἀληθινὸς, ὁποῖος ὁ παρ' ὑμῶν ἀπαντᾷ μοι ἀεί... ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἴσειμι, ὅταν εἰσίω, ὅπως ἄν τι νουθετήσοιμι, ἢ διδάξοιμι, ἢ προςαξοίμην ὑμῖν εἰς εὔνοιαν πλείω τὸν ἀρχηγέτην, ἢ καὶ εὐθύνας ὑπόσχοιμι οὐδὲν δεομένοις (2).

Jam vero a communi sophistarum avaritiâ quàm alienus! Hujus enim vitii tùm probè vigentis adeò fœdam imaginem exprimit, ut ficta Mullero videatur (3), ad majorem in inimicos concitandam invidiam : Εἰ δὲ δὴ συμβαίη τῷ οὕτω φιλοχρηματῳ καὶ ὁμιλητὰς προςφοιτᾷν, θριξὶν ὀλίγαις καθάπερ ἰχθῦς δελεασθέντας, ἰχθύων μὲν ἔσονται ἀναυδότεροι, μισθὸν δὲ ὅμως εἰςπράξεται ὁ διδάσκαλος τῆς ἀφωνίας, διαβριμώμενός τε καὶ τὴν αἰγίδα πυκνὰ ἐπισείων, μεταστρέφων τοὺς στατῆρας ἔνθεν καὶ ἔνθεν, μὴ παράσημοί τε καὶ ἐνδεεῖς, καὶ παιδάρια δυςτυχῆ προςπατταλεύων, ὑπὸ πενίας

(1) Orat. XXIII, p. 293. Cf. 256, 251.
(2) Orat. XXIII, p. 283. Cf. XXIV, p. 315.
(3) De Genio, moribus et luxu ævi Theodos. I, p. 60.

καὶ ὀρφανίας πολλάκις ἐξαπορούμενα τοῦ μισθοῦ. Εἶτα ἀπὸ τοῦ ῥυτῆρος ἐξελθὼν, διαλέξεται ὅτι πᾶς ὁ ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὲρ γῆν χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος... κ. τ. λ. (1).

Immo Constantii imperatoris codicillos maximam annonam ipsi conferentes repudiavit (2) : si quos è discipulis egregia indole natos videret, sed inopiâ pressos rei familiaris, in pecuniam vel frumentum e suo largiri solebat, nedùm debitam mercedem acerbè exigeret : Οὕτως ἄρα πόῤῥω εἰμὶ τοῦ κερδαίνειν τι ἀπὸ τῆς ἀγέλης, ὥςτε τοῦτό γε οὐδ' ὅσοι με σοφιστὴν ὀνομάζουσι τολμῶσι προςλοιδορεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὔμπαλίν φασι, ζημιούμενον καὶ σιτοδοτοῦντα καὶ ἀριθμοῦντα ἀργύριον, οὕτω προςάγεσθαι καὶ συνέχειν τὸ ποιμνίον. — Ἐγὼ οὖν καὶ περὶ ταύτης τῆς βλασφημίας ἢ εὐφημίας, ὦ ἄνδρες, ὧδε ἔχω γνώμης· τὸ μὲν ἐπαρκεῖν ἁπλῶς, καὶ ἀναλίσκειν τοῖς ὁμιληταῖς δεομένοις, πολύ μοι φαίνεται ἐλευθεριώτερόν τε καὶ μεγαλοπρεπέστερον, ἢ στρεβλοῦν τε αὐτοὺς, καὶ κατατείνειν, καὶ ἄγχειν, ἀναγκάζοντα ἀποτιννύναι μὴ οἵους τε ὄντας, κ. τ. λ. (3).

Apud homines pecuniæ avidos quantam moveret bilem Themistii liberalitas, facilè intelligitur. Itaque, non modò in ejus largitiones vehementer invehebantur, sed eò venêre furoris, ut magicas artes contenderent alliciendis discipulis à Nostro adhiberi. Erat hæc illo ævo consueta ad tollendum inimicum insimulatio. Jam vide quàm egregiè eam redarguit Themistius! Ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, ὦ ἄνδρες, μὴ καὶ ἀτεχνῶς δόξαιμι καλλωπίζεσθαι· συνελαύνουσι δὲ οἱ κατήγοροι τὰς ἀληθινάς με ἐπαγωγὰς, αἷς χρῶμαι ἐπὶ τοὺς

(1) Orat. XXI, p. 261. Cf. Lactant. Inst. div. V, p. 11.
(2) Orat. XXIII, p. 292, c.
(3) Orat. XXIII, p. 289.

νέους, εἰς τὸ θέατρον ἐξενεγκεῖν ἀντὶ τῶν ψευδῶν καὶ πεπλασμένων.

Ἐμοὶ νέῳ ὄντι συγγράμματα ἅττα πεποίηται, ἐν οἷς τὸν κλῆρον κατεθέμην καὶ ἐθησαύρισα, ὃν παρὰ τῶν ἐμῶν πατέρων διεδεξάμην. Καταλέγει τὰ συγγράμματα ταῦτα ἴδιον μὲν οὐδὲν οὔτε ἐμὸν οὔτε ἄλλου, ἐμφανίζειν δὲ ἐπιχειρεῖ τὸν νοῦν τὸν Ἀριστοτέλους, καὶ ἐξάγειν ἐκ τῶν ῥημάτων ἐν οἷς ἐκεῖνος αὐτὸν καθεῖρξέ τε καὶ ἐφράξατο, τοῦ μὴ ἐπίδρομον εἶναι τοῖς παντάπασιν ἀμυήτοις. Καὶ ταῦτα ἐγὼ τὰ συγγράμματα ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ πώποτε ᾤμην οὔτε χρείαν ἕξειν οὔτε ἔσεσθαι σπουδαῖα· οὐδὲ γὰρ οὕτω πολυτελῶς καὶ ἀνδρείως ξυντεθέντα αὐτὰ ἠπιστάμην, ἐμαυτῷ δὲ μόνῳ μνημόσυνα καὶ ἀποθήκην ὧν ἠκηκόειν, ἵνα εἴποτε ἀποφύγοι τὴν μνήμην, ἐξῇ μοι ὥςπερ ἐκ ταμιείου λαμβάνειν ἀσφαλοῦς τε καὶ ἀναλώτου ἀπὸ τῆς λήθης. Quùm verò latiùs emanassent commentarii, et ad philosophum quemdam (Celsum) pervenissent, senis Chalcidensis (Jamblichi) discipulum, qui tùm Sicyone, in Græciâ, docebat, sic eos admiratus ille est, ut urbe quamprimùm ac scholâ derelictâ, unà cum discipulis suis CPolin ad Themistium advolaret: Καὶ ἐπειδὴ ἠμφισβήτουν οἱ νεανίαι, πέμπει εἰς θεοῦ πευσομένους εἰ ἄρα ἄμεινόν τι ἐκεῖνος γινώσκει· καὶ φέρει τὴν αὐτὴν ψῆφον ὁ θεός, οἵαν πάλαι ἐπὶ Σωκράτην. — Μῶν ἄρα ἔτι θαυμαστὸν, εἰ τοιούτοις ἐγὼ χρώμενος ἀρωγοῖς ἐθηρευσάμην ὀλίγους νέους; κ. τ. λ. (1).

Unum præterea locum afferam, quo vividiùs singularem viri præstantiam nihil exprimere queat.

Ex Platonis enim sententia, non eum censet veris esse philosophis annumerandum, qui postquàm doctrinæ partem aliquam paraverit, in eâ tanquàm defosso in auro

(1) Orat. XXIII, p. 294 sqq.

incubet, hominumque societatem fugiens, eam pauxillis admodum impertiatur, nedùm ejus copiam faciat populo, et longè latèque disseminet : Ὅσοι πρός τι ἐναμιλλῶνται γνησίως τε καὶ ἀληθινῶς, καὶ ταύτην τρέφουσι τὴν ὠδῖνα ἐν τῇ ψυχῇ, οὗτοι ἀσπάζονται καὶ γανύσκονται καὶ ἐμπίπλανται χαρμονῆς, ὅσῳ ἂν λάβωσι πλείους κοινωνούς τε καὶ βοηθοὺς ἐπὶ τὴν θήραν τῶν παιδικῶν· ὁρῶσι γὰρ καὶ ἐν ταῖς ἄγραις, ὅτι τῷ μὲν κατὰ μόνας ἰχνηλατοῦντι ἐργῶδες ἐντυχεῖν τῷ θηρίῳ, τοῖς πλείοσι δὲ ὁμοῦ κυνηγέταις ῥᾷον κατάφωρος ἡ εὐνή· ἔστι δέ που καὶ ἐν τῷ κυνηγεσίῳ τῆς ἀληθείας πολλὰ δύσβατα καὶ ἐπίσκια, καὶ τῷ καθ' αὑτὸν μετιόντι δυςδιερεύνητα, ἐφ' ἃ ἀνάγκη πλείους ἄρα καλεῖν συνθηρευτάς τε καὶ συλλήπτορας.... Ἀλλ' οὐχ οἱ παράξενοι οὗτοι καὶ παράσημοι, κ. τ. λ. (1). — Perhumanus sanè orator! et quàm lætus, quanto inspersus lepore!

Præclarè modò inepti et invidi sophistæ mores lacessebat ; nunc salsè irridet eorumdem jactantiam et loquacitatem, cujus strepitum nullus locus, tempus nullum compescere queat : Χαλεπὸν μὲν καὶ χρηματιστῇ συγγενέσθαι, οὐδὲν ἐθέλοντι ἐπαινεῖν ἀλλ' ἢ τὸν πλοῦτον, καὶ τὰ κυμβία, καὶ τὰ ῥυτὰ, καὶ τὴν πορφύραν, καὶ τὰ χρυσία· ἀποκναίσειε δ' ἂν καὶ στρατιώτης ἀλαζὼν, καὶ οἷος ἐν τῇ κωμῳδίᾳ· ἀλλ' οὐδὲν οὕτω πλήσμιον καὶ ἐμποιοῦν πολλὴν ναυτίαν, ὡς τὸ ἄγασθαι καὶ ὑπεράγασθαι ἀγχίνοιάν τε ἑαυτοῦ, καὶ ὀξύτητα, καὶ εὐμάθειαν, καὶ πολυμάθειαν, καὶ μνήμην, βιβλία δὲ ἐξαριθμεῖσθαι τόσα καὶ τόσα τοῦ Ἀριστοτέλους ἢ Πλάτωνος, ἀεί τε δὴ καὶ ἐφ' ἅπαντι, κἂν συλλουσόμενον παρακαλῇς, κἂν συνδειπνήσοντα ἄγῃς. Οὐδὲ προςειπεῖν τοὺς τοιούτους ἄνευ τῆς δυςχερείας ταύτης ὑπάρχει, ἀλλ' εὐθὺς ὑπηχεῖ τὸ Δοδωναῖον

(1) Orat. XXI, p. 255.

χαλκεῖον, αἱ δύο καταφάσεις, καὶ ὅτι οὐ συνάγει οὕτω τὸ δεύτερον σχῆμα (1).

... Quàcunque venis, fuga est, et ingens
Circà te, Ligurine, solitudo;
Quid sit, scire cupis? nimis poeta es.
Et stanti legis, et legis sedenti.
In thermas fugio; sonas ad aurem.
Piscinam peto; non licet natare.
Ad cœnam propero; tenes euntem.
Ad cœnam venio; fugas edentem (2).

§ 3.

Habemus jam expressum hominem: sententiâ elatum; ab invidiâ et simultate alienum; largum suî, omnibus commendabilem dotibus quæ ingenuum urbanumque virum deceant; totum in excitandis informandisque ad virtutem animis: philosophiæ venerandum antistitem. Superest ut suus Themistio locus inter condoctores assignetur, inter rhetores et philosophos sua peculiaris provincia determinetur.

Ipse autem, ab utroque genere sese segregandi cupidus, quænam fuerit propria suæ doctrinæ ratio planè sæpiùs et diligenter exponit: Οἱ μὲν ἐπαινοῦσιν ὑμᾶς συνάγοντες, οἱ δὲ ἐμμελετῶσι τὴν δεινότητα, οἱ δὲ ᾄδουσι καὶ προςᾴδουσι γλυκεῖάν τε καὶ μαλακὴν καταχέοντες ὑμῶν ἁρμονίαν, λόγους δὲ δι' οὓς ἂν ἄνθρωποι ἄμεινον ζῶσιν, οὐ σφόδρα εὐπορεῖν μοι δοκεῖτε, οὐχ ὑμετέρᾳ κάκῃ, τῶν δὲ λεγομένων φιλοσοφεῖν, οἳ

(1) Ibid., p. 259.
(2) Martial. epigr. III, 44.

σφίσιν ἀποχρῆν ὑπειλήφασιν ἐν γωνίᾳ μόνῃ πρὸς τὰ μειράκια, ψιθυρίζειν, φεύγειν δὲ τὰ μέσα τῆς πόλεως, κατὰ τὸν Καλλικλέους ὀνειδισμὸν,... ἡμῖν δὲ προςακτέον εἰς τὸ φῶς τοὺς λόγους, καὶ συνεθιστέον αὐτοὺς ὄχλον τε ἀνέχεσθαι, καὶ θόρυβον ὑπομένειν, καὶ δήμου φωνὴν συγκαθημένου (1).

Consultò igitur omissis de metaphysicâ rerumque naturâ quæstionibus, illam philosophiæ speciem amplexus esse Noster videtur, quæ ad informandos civium mores et totius civitatis utilitatem spectaret. Res nova (2). Verum multò insolentiùs facere visus est, quùm philosophiam è templi penetralibus tanquàm in solem et pulverem evocans, collectis undique in theatra auditoribus, sophisticum in morem suæ doctrinæ specimen ediderit. Inauditum facinus ægerrimè tulerunt sophistæ simul et philosophi; magnis clamoribus Themistium insectati, quem res movisse novas, et pæne tyrannidem in arce constituisse clamitabant. Eam verò insimulationem adeò non repudiat Noster, ut contra veram esse jactet, brevissimo usus argumento : non quærendum esse an novum, sed an utilem civitati morem intulerit. Quis autem jure neget philosopho quod tribuerit opifici? Indè, quantam utilitatem civitati conferat institutum a se docendi genus, summâ orationis contentione ostendit, adhibitâ sententiarum varietate, et similitudinum delectu : Φιλοσοφία οὐ σωμάτων ἐπιμελεῖται, οἷς τὰ πολλὰ ἴδια τῶν νοσημάτων, ἀλλὰ ψυχαῖς

(1) Orat. XXII, p. 265. Cf. p. 280.

(2) Chastel, *Destruction du Paganisme en Orient*, p. 332 : « Proclus, il est vrai, invitait positivement ses disciples à l'action, engageait ses amis à rechercher les magistratures, se mêlait lui-même des affaires de l'État, et veillait à l'administration de ses propres biens; mais il faut convenir que c'était là une déviation bien plus qu'une application de sa doctrine. »

καθέστηκεν ἀρωγὸς, αἷς τὰ πολλὰ κοινὰ ἀῤῥωστήματα καὶ αἷς φύσις ἁπανταχοῦ ἰατρεύεσθαι. —Καὶ διὰ τοῦτο αὐτῇ ῥᾳστώνη πλείων, συναγαγοῦσαν εἰς ἐκκλησίαν ἄνευ σχοινίου μεμιλτωμένου, ἀναβῆναι ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν, καὶ ἀνειπεῖν ὥςπερ θεὸν ἐκ τραγικῆς μηχανῆς· ὦ θαυμάσιε, μᾶλλον προςήκει ἑκάστῳ τὴν ψυχὴν ἀξίαν πολλοῦ κατασκευάζεσθαι ἢ τὴν οἰκίαν, σὺ δὲ τοῖς μὲν τοίχοις ἐγγράφεις πολλὰ καὶ ποικίλα, τὴν ψυχὴν δὲ ἄγραφον περιορᾷς, ὥςπερ γραμματεῖον ἀληλιμμένον, καὶ τὸν μὲν ἀνδρῶνα ἀνεπίξεστον καταλιπεῖν οὐκ ἀνέχῃ, τὸν νοῦν δὲ ἀνεπίξεστον περιφέρειν πρᾶγμα οὐδὲν ὑπολαμβάνεις, κ. τ. λ. (1). Nullum igitur philosopho neque majus, neque præstabilius officium, quàm philosophiam in lucem producere, populum cogere, ut præceptorum beneficio quàm plurimi citra offensionem defruantur : Ταῦτα εἰ μὲν μόνῳ ἐπιτιμῴης, ὑπόψεται καὶ ἀπεχθανεῖται, καὶ λοιδορίαν νομιεῖ τὴν νουθεσίαν, εἰ δὲ ἀνατεινάμενος τὴν χεῖρα, καὶ τὰ αὐτὰ ταῦτα μεταῤῥυθμίσας πρὸς τὸ πλῆθος δημηγοροίης, δήξεται μὲν οὐδὲν ἧττον ὁ ἄνθρωπος καὶ ὀνήσεται, σὺ μέντοι γε οὐ τὸν δεῖνα ἔσῃ μεμψάμενος ἢ τὸν δεῖνα, ἀλλὰ τὸ πλημμέλημα νουθετήσας.

Denique, Platonicarum sententiarum insectator diligentissimus, ipsam civitatem inducit, de philosophorum silentio dolentem, et ad facienda palàm verba, memoratis suis in eos officiis, cohortantem : Εἶτα τῶν μὲν σκιαμαχούντων ἐπὶ τοῦ βήματος ὑπὲρ Κίμωνος ἢ Νικίου ἢ Μιλτιάδου, καὶ μινυριζόντων ἐν τοῖς προλόγοις ἦρος ἐπαίνους καὶ χελιδόνων καὶ ἀηδόνων, σπουδῇ αὐλιζόμενοι ἀκροασόμεθα, λόγου δὲ, κέντρον ἐγκαταλιπεῖν δυναμένου πρὸς ἀρετὴν, οὐδεπώποτε ἀπολαύσομεν; ἀλλ' ἀφίης νέμεσθαι ἡμῶν τὴν φιληκοΐαν, καὶ προςέχειν τοῖς κατακηλοῦσι λόγοις καὶ γοητεύουσιν, ὥςπερ αἱ

(1) Orat. XXVI, p. 320 sqq.

σειρῆνες, καὶ οὐκ ἀντιτάσσεις αὐτοῖς παρελθοῦσα τὸν ὄρθιον νόμον, οὐδὲ ἐξεγείρεις ἐμβοήσασα, καὶ ἀποτρέπεις καταβουκολουμένους ὑπὸ τῶν εἰδώλων καὶ τῆς ἀκάρπου πιθανουργίας; οὐδὲ ἀποκλύζεις, τὸ λεγόμενον, καὶ ἀπονίπτεις ποτίμῳ τὴν ἁλμυρὰν ἀκοήν; ἀλλ' Ὁμήρου μὲν ὑφορᾷ καὶ δυςωπῇ τὴν γοητείαν, ὡς ἀλλοκότους ἐμποιοῦσαν δόξας περὶ Θεῶν, αὐτὴ δὲ οὐδὲν ἀντειςάγεις ἀλεξιφάρμακον τοῖς θεάτροις... κ. τ. λ. (1).

Ultima hæc Themistii verba benè lectori tenenda. Iis enim penitùs illustratur propria magistri, quam quærimus, forma. Novum profectò et singulare fuit, quùm adhùc vigerent vetera studia et instituta, Græcum hominem et philosophum, more recepto adeò discrepare, ut philosophiam a cœtu paucorum ad populi multitudinem transferret, et quæ ad informandos mores pertinerent quæstiones, eas philosopho maximè disceptandas prædicaret; rhetorum verò præstigias tàm parvi faceret, quàm aniles Homeri de diis fabulas. Ità, quam passim videmus in Augustalibus populi curam, eamdem Declamationes præ se ferentes apparent.

§ 4.

Ex ea ipsa rei novitate, sunt quibus Christianum agnoscere placuerit; quam opinionem evincit, multos inter alios, supra laudatus ex oratione XIII locus. Unum liquidò patet, Assyrios, uti vocat, libros Nostrum pertractasse.

At si Christianis nos accensere Themistium vetet ipse Themistius, nemo tamen negaverit perexiguo hunc ab illis distare intervallo. Etenim ad penitùs immutandam scholasticorum rationem, nil profectò mirum est pluri-

(1) Orat. XXVI, p. 330 sqq.

mùm valuisse doctrinam, cujus ea vis erat, ut populum maximè respiceret, unam morum innocentiam spectaret, unam virtutem magni penderet. Quùm novo tanquàm spiritu penetraretur universa hominum societas, quonam modo gliscenti sese contagioni subduxissent sophistæ?

Nemo tamen inficiabitur, in peragendâ tantâ rerum immutatione, egregiam operam contulisse præstantissimos illos viros, qui indè à Socratis ævo totam morum rationem tractaverint atque elucidaverint. Constat eorum scriptis penitissimè imbutum fuisse Christianorum oratorum disertissimum quemque. Nil mirum igitur Patrum eloquentiæ finitimam sæpius videri Themistii orationem, quippe quæ iisdem e fontibus ferè manaverit. Sunt quidem apud Nostrum multa, quæ ad D. Basilii dictionem tàm propè accedant, ut vix ea discernere liceat.

Nusquàm verò manifestiùs proditur notabilis ea dicendi affinitas, quàm in egregiâ illâ περὶ Φιλίας oratione. Hanc mihi multâ cum voluptate legenti, Divi Chrysostomi gratissima vox aures haud semel personare videbatur; est enim eadem suavitas, idem fere sententiarum genus, color orationis idem, eadem lenitas motûs : Προςακτέον δὲ οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ θηρευομένῳ (φίλῳ) τὰς μηχανὰς, ἀλλὰ κἀκείνοις οἳ προαλόντες ἐπιβατὸν ἡμῖν ἔργον ποιήσουσι. Εἰ γὰρ, κατὰ τὴν παροιμίαν, καὶ τὸν εὐνοοῦντα καὶ κύων σαίνει, πόσῳ δὴ μᾶλλον εὖ πάσχοντες ἄνθρωποι ἥμεροί τε καὶ τιθασοὶ γίνονται πρὸς τὸν εὖ ἐργαζόμενον; ἐπεὶ καὶ μέγας ὁ ἀγὼν, τότε θηρευόμενον οὐ λαγωὸς οὐδὲ σῦς οὐδὲ ἔλαφος, ἀλλὰ τὸ πάντων ζῴων εὐκολώτατόν τε καὶ ἡμερώτατον; μιμητέα οὖν πρὸς τὴν ἄγραν αὐτοῦ τοὺς κούφους θηρευτάς· καθάπερ οὖν ἐκεῖνοι φάττιά τε καὶ τρυγόνια τιθασεύοντες, διὰ τούτων τὰ ὁμόφυλα γοητεύουσι, καὶ ἑκόντα ὑπάγονται εἰς τὸν ἰξὸν ἢ τοὺς βρόχους, ὧδε ἄρα

δεῖ καὶ ἡμῖν διὰ τῶν ἤδη προηλωκότων φίλων τοὺς οὔπω τεθηρευμένους... κ. τ. λ. (1). Ὁμιλίαν aliquam legere tibi videris, sive concionem, quales habere solent sacri oratores. Ne præsentia quidem Imperatoris desideratur (2); adest in oratione ineunte ad Minervam invocatio (3). Haud eam tamen similitudinem dico, quæ omne tollat discrimen. Immò prorsus illa Ἑλληνισμὸν sapit; atque hìc illìc deprehendas nonnihil argutiarum Sophistico insitarum ingenio. Uno verbo, *facies non* omninò *una*,

Nec diversa tamen, qualem decet esse sororum.

§ 5.

Hæc de Themistio multâ nec injucundâ operâ collegi, ut viri constantia in communi servitute, litterarum in occasu nova doctrina, pura et sincera magistri eloquentia adumbraretur. Equidem orationis quùm sanitatem considerarem, eruditionis copiam, vim sententiarum et gravitatem, integro in imperio integra mihi videbatur subsistere Græciæ veteris elegantia et humanitas; nec obversabatur animo tumens barbariæ fluctus, nec luctuosa ruina, quæ labanti Romanæ ditionis moli propior in diem imminebat.

De morte nil rescitur. Non veri est simile, Themistium, quùm a. 385 de effœtâ senectute quereretur (4), usque ad Arcadii tempora ætatem provexisse. Persuasi simus, ut Remi, optimi viri, verba referam, vitæ mortem consentaneam fuisse, virumque in tantâ gloriâ (quam malis ar-

(1) Orat. XXII, p. 273 sqq.
(2) Pag. 266.
(3) Pag. 267.
(4) Orat. XVIII, p. 223, c.

tibus non erat adeptus, sed admirandâ virtute, scientiâ, facundiâ, gravitate morum, et omnes ergà mortales humanitate officiosâ), pro meritis habitum, saturum dierum laborumque pro republica exantlatorum, inter oscula complexusque suorum, ejulatu et mœrore ingenti, oculos clausisse, vale vivis dixisse. Cineres ejus Sigismundus Malatesta, Arimini princeps, belli feliciter gesti tropæum, in Italiam secum detulit (1) : de quo, ex Itinerario Keyssleri, p. 924, hæc non injucunda cognitu vertimus : « Sigismundus Pandulphus per duos annos Venetorum stipendia meritus est, exercitum in Peloponneso adversus Turcas ducens : et quùm Spartanorum urbem expugnâsset, Themistii, celeberrimi Constantinopolitani philosophi, inter Aristotelis interpretes lucidissimorum unius habiti, ossa asportavit. Illa suo jussu marmoreo tumulo mandata fuerunt, qui conspicuus apparet in exteriore pariete templi Ariminensis, cum tali inscriptione (2) : »

(1) G. Remus, *in Themist.*

(2) Hoc valdè facit probabile insignis litterarum artiumque liberalium amor, quo pariter ac bellicâ laude apud æquales inclaruit nobilis ille Malatesta, cujus amoris egregium exstat specimen templum illud Ariminense quod Sigismundus ita ab inclyto Alberto ædificari voluit, ut virorum posteris traderet memoriam quorum ingenio regnum ipsius floruisset. « Une idée qui appartient tout entière à Alberti, et qui est à la fois touchante et sublime, c'est celle de la décoration des façades latérales de l'église... Tout est en repos pour l'œil, tout semble inviter l'âme à se livrer à un sentiment profond de recueillement que lui inspire la vue des sarcophages qu'Alberti a placés dans chacune de ces arcades..... Ces tombeaux furent destinés par Malatesta aux poëtes qui célébrèrent ses victoires, aux guerriers qui partagèrent ses dangers, aux philosophes et aux hommes distingués par leur esprit, dont la société embellit ses loisirs : c'est ce que des inscriptions nous apprennent. » — D'Agincourt, *Hist. de l'art par les monuments*, ARCHIT., p. 92, planche LI.

Themistii Byzantini
philosophorum sua tempestate principis reliquum
Sigismundus Pandulphus Malatesta Pand. F.
belli peloponnesiaci adversus Turcarum regem imperator
ob ingentem eruditorum, quo flagrat, amorem,
hùc adferendum introque mittendum
curat M.CCCC.LXIV.

Vidi ac perlegi.

Lutetiæ Parisiorum, in Sorbonâ, ipsis nonis maiis ann. M.DCCC.LIII.

Facultatis Litterarum in Academiâ Parisiensi decanus,

J.-Vict. LE CLERC.

Typis mandetur,

CAYX,

Academiæ Parisiensis Rector.

INDEX CHRONOLOGICUS

ORDINE NOVO DISPOSITUS.

A. Ch.	Orationes Themistii.		Edit. Harduin.
383.	XXVI..	De Saturnini consulatu..................	XVI.
384.	XXVII.	Ad Theodosium, cùm præfectus urbis Constant. ab eo creatus esset.............	XVII.
384.	XXVIII.	De sedis prærogativâ in senatu.............	XXXI.
384.	XXIX..	De præfecturâ..........................	XXXIV, ed. Dind.
Theod. imp.	XXX...	De amicitiâ............................	XXII.
384.	XXXI..	De imperat. Theodosii audiendi cupiditate...	XVIII.
385.	XXXII..	De clementiâ imperat. Theodosii...........	XIX.
	XXXIII.	Fragmentum, incerti temporis.............	XXXIII.